Dixerunt veteres. *Equites daturos illius diei pœnas* Cic. *Vix decima parte die reliqua*. Saluſt. *Commiſſa fide pro fidei*. Hor. 1. Sat. 3. *Teſtamenta fide pro fidei*. Ovid. Metam. 6.

The declining of Adjectives. | *Flexio Adjectivorum.*

Adjectives in (*r*) and (*us*) are thus declined after the firſt and ſecond declenſion. | *Adjectiva in* (r) *&* (us) *ſecundum primam & ſecundam declinationem, ſic declinantur.*

[a] *Bonus* is masculine, *Bona* is feminine, *Bonum* neuter. So tis in cases having 3 endings. *Bonis* is masc. fem. and neut. So likewise in all cases of Adjectives having but one ending.

Singulariter
N. [a]*bonus, bona, bonũ*
G. *boni, bonæ, boni*
D. *bono, bonæ, bono*
A. *bonum, bonã, bonũ*
V. *bone, bona, bonum*
A. *bono, bona, bono.*

Pluraliter
N. *boni, bonæ, bona*
G. *bonorũ, bonarũ,*
D. *bonis (bonorũ*
A *bonos, bonas, bona*
V. *boni, bonæ, bona*
A. *bonis.*

These adjectives *unus, totus, solus,* have their Genitive in (*ius*) the Dative in (*i*).

Adjectiva hæc unus, totus, solus, *formant Genitivum in* (ius) *Dativ. in* (i).

Singulariter
No. *unus, una, unũ*
Gen. *uniius*
Dat. *uni*
Acc. *unũ, unã, unũ*
Voc. *une, una, unũ*
Abl. *uno, una, uno*

Pluraliter
Nom. *uni, unæ, una*
Gen. *unorũ, unarũ,*
Dat. *unis, (unorũ*
Acc. *unos, unas, una*
Voc. *uni, unæ, una*
Abl. *unis.*

[a] *Niger, nigra, nigrum, &c. Satur, ra, rum,* is the onely noune ending in (*ur*).

So *alius, alia, aliud*; So [b]*ullus, alter, uter neuter,* are declined & want the vocative case.

Sic alius, alia, aliud; *Sic* ullus, alter, uter, neuter, *declinantur & carent vocativo.*

Also *ambo* & *duo* make the neuter plurall in (*o*), & are thus declined.

Ambo & duo *sic declinantur.*

Pluraliter
Nom. *Ambo, amba, ambo.*
Gen. *Amborum, ambarum, amborum.*
Dat. *Ambobus, ambabus, ambobus.*
Acc. [a]*Ambos, ambas, ambo.*
Voc. *Ambo, amba, ambo.*
Abl. *Ambobus, ambabus, ambobus.*

[b] *Sic* & horum compolita. At sic declinatur, *Alteruter, alterutra, alterutrum, Gen. Alterutrius, Dat. Alterutri, &c.*

[a] Virg. dixit, *duo vires.* Hor. *Vos jurejurando obstringam ambo,* Cic. *Praeter vos duo nemo sic loquitur.* Vt δυω & ἀμφω apud Græcos in Accus.

Adjectives

Adjectives of the third declenſion are thus declined:

Adjectiva tertiæ declinationis ſic declinantur:

No. *hic & hæc triſtis, & hoc triſte*	Pluraliter	Nom. *hi & hæ triſtes & hæc triſtia.*	* Where there be two endings in a caſe, the firſt ending is maſculine and fem. the ſecond is the neuter gender.
Gen. *triſtis*		Gen. *triſtium.*	
Dat. *triſti*		Dat. *triſtibus.*	
Ac. *hunc & hanc triſtem, & hoc triſte.*		Ac. *hos & has triſtes, & hæc triſtia.*	
Voc. *triſtis, & triſte*		Voc. *triſtes & triſtia.*	
Abl. *triſti*		Abl. *triſtibus.*	

Sic declinantur reliqua adjectiva in (*is*): nomina verò in (*er*) ut *acer, celer, ſaluber, campeſter, &c.* ſic declinantur.

Sing. Nom. *hic acer, hic & hæc* ‖ *acris, hoc acre.* Gen. *acris.* Dat. *acri.* Acc. *hunc & hanc acrem, & hoc acre, &c.*

‖ Here the ſecond ending of three, is maſculine and fem.

ᶜ Poetæ (*e*) pro (*i*) uſurpant aliquando in ablativo: ut, *Bimeſtre porca.* Ovid. faſt.

Singulariter: Nom. *felix*	Pluraliter	N. *felices & felicia.*	
Gen. *felicis*		Gen. *felicium*	
Dat. *felici*		Dat. *felicibus*	
A. *felicem & felix*		A. *felices & felicia*	
Voc. *felix*		V. *felices & felicia*	
A. *felice* vel felici*		Abl. *felicibus.*	*Both theſe endings are maſculine, feminine and neut.

ᶜ Propria nomina his adjectivis ſimilia ablativum in (*e*): mittunt ut *Felice, Clemente, Iuvenale, Martiale.*

ᵇ *Par* habet *pari*, at compoſita tam (e) quam (i) habent in ablativo *diſpare, compare*: vel *diſpari, compari.*

ᵇ Subſtantivum *par.* 1. ſocius, habet *pare* in ablat.

Pauper

[c] *Pauper, degener, uber, hospes, sospes,* ablativum faciunt in (e) tantum. Sic *inops, impos, compos, bicorpor, bipes, tripes.* At *quadrupes* habet (e) & (i). *Memor* habet ablativum *memori* tantum.

[c] Genitivus pluralis contrahitur aliquando: ut *sapientûm* pro *sapientium. Amantûm* pro *amantium.*

[c] Leguntur in genitivo plurali; *complicum, veterum, memorum, inopum,* [c] *participum.*

[c] *Paupernm, celerum, degenerum, uberum, divitum, bicorporum, supplicum, quadrupedum,* &c.

Singulariter	N. hic & hæc *durior* & hoc *durius*	Pluraliter: Nom. *duriores & duriora.*
	Gen. *durioris*	Gen. *duriorum*
	Dat. *duriori*	Dat. *durioribus*
	A. *duriorẽ & durius*	Acc. *duriores & duriora.*
	Voc. *durior & durius*	Voc. *duriores & duriora*
	Ab. *duriore vel* * *duriori*	Abl. *durioribus.*

* Both are masc. fem. and neut.

[c] *Plus* habet *plura* vel *pluria.*

Hoc adjectivum pauper, [d] *cum degener, uber: Et dives, locuples, sospes, comes atq; superstes: Et puber, numero vix sunt in (a) neutra secundo.*

[d] Sic etiam alia nonnulla: ut *redux, cis, memor, oris, intercus, utis, præpes, petis, superstes, itis.*

Of adjectives positive comparative and superlative.

MAny adjectives positive, whose signification may increase or be diminished, as *candidus* white, *longus* long, forme a comparative and a superlative degree.

De Adjectivis positivis, comparativis & superlativis.

MVlta adjectiva positiva, ut albus, longus, formam graduum comparativum & superlativum.

The

The Comparative degree ſomwhat exceedeth the poſitive: as *durior* harder: and it is formed of the caſe of the poſitive ending in (i) by putting thereto (*or*) and (*us*) as of

Comparativus ſignificationem poſitivi ſui per adverbium (*magis*) *auget, ut* durior. i. *magis durus: fit autem à caſu poſitivi in* (i) *addito* (or) *&* (us): *ut à*

Duri, durior & durius: longi longior & longius.

[a] Legimus etiam *præduru*s, *præclarus, apprime ſagax, admodum reverendus*, &c. hæc vicem ſupplent comparativi gradus.

The ſuperlative exceedeth the poſitive in the higheſt degree: as, *duriſſimus* hardeſt: and it is formed of the caſe of the poſitive ending in (i) by putting to (ſ) & (*ſimus*): as of

Superlativus ſignificationem poſitivi ſui auget per valde vel maxime: ut, duriſſimus i. *valde vel maxime durus: fit autem à caſu poſitivi in* (i) *adjectis* (ſ) *&* ſimus *ut à*

Duri, duriſſimus: & longi longiſſimus.

Poſitives in (*r*) make their ſuperlative by putting to (*rimus*): as

Poſitiva in (r) *aſſumunt* (rimus) *in ſuperlativo*: ut

Pulcer, pulcerrimus: niger nigerrimus.

[c] Excipiuntur *dextimus a dexter: & maturimus* [d] *ab antiquo matur.*

Theſe adjectives in (*lis*) make the ſuperlative by changing [b] (*is*) into (*limus*) as,

Hæc Adjectiva in (lis) *ſuperlativum formant mutando* (is) *in* (limus) *ut*,

Facilis, facillimus, humilis humillimus, ſimilis ſimillimus; gracilis gracillimus.

[b] *Imbecillis, imbecillimus & imbecilliſſimus.*

If

If a vowell come before (*us*) the degrees are made by *magis* and *maximè*, as

Si vocalis præcedat (us) *fiunt gradus per* magis *&* maxime: *ut,*

[c] Quædam alia adjectiva sic gradus admittunt, ut egenus, almus, memor &c.

Pius, magis pius, maxime pius. Assiduus, magis assiduus, maxime assiduus.

[c] Quæ derivantur à *dico, loquor, volo, facio*, ad [c] hunc modum comparantur. *Maledicus, maledicentior, maledicentissimus*; a dico. *Magniloquus, magniloquentior, magniloquentissimus*, à [c] loquor. *Benevolus, benevolentior, benevolentissimus*, à volo. *Magnificus, magnificentior, magnificentissimus*, à facio.

These adjectives follow not the rules afore-going.

Hæc adjectiva gradus suos formant [d] *irregulariter.*

[d] A (*superi*) fit *superior, suprenus*, vel *summus*
A (*posteri*) *posterior, postremus.*
Ab (*inferi*) *inferior, infimus.*

Bonus, melior, optimus.
Malus, pejor, pessimus
Magnus, major maximus.
Parvus, minor, minimus.
Multus, plurimus, multa plurima; *multum, plus, plurimum.*
Vetus, veterior, veterrimus.

[c] *Deterior deterrimus ab antiquo deter.*
[c] *Nequam, nequior, nequissimus.*
[c] Hæc sequentia in autoribus legendis raro occurrunt, raro igitur sunt usurpanda.
[c] *Assiduior, strenuior, egregiissimus, mirificissimus,*
[c] *pientissimus vel piissimus, ipsissimus.*
[c] *Perpetuissimus: Tuissimus. Exiguissimus* apud Ovid. *Multissimus* apud Ciceronem.
[c] *Mendaciloquius, confidentiloquius*, apud Plaut.
[c] *Neronior à Nerone, Pœnior à Pœno, Cinædus à Cinædo.*

His

‹ His adjectivis aliquid deficit.

‹ *Inclytus, inclytissimus.* } *Ocyor, ocyssimus.*
‹ *Opimus, opimior.* } *Novus, novissimus.*

‹ *Adolescens, adolescentior.* } *Iuvenis, junior.*
‹ *Longinquus, longinquior.* } *Senex, senior, maximus natu.*
‹ *Meritus, meritissimus.* }
‹ *Siniſter, ſiniſterior.* }

SINGVLARITER.

	POSITIV.					COMPA.	SVPER.
	Doctus.	*Tener.*	*Dulcis.*	*Felix.*	*Prudens.*		
Nom.	*us, er, is*					*ior,*	*mus,*
	a, is				*x, ns,*	*ior,*	*ma,*
	um, e,					*ius,*	*mum,*
Gen.	*i*					*ioris*	*mi*
	a	*is*					*ma*
	i						*mi*
Dat.	*o*					*iori*	*mo*
	a	*i*					*ma*
	o						*mo*
Acc.	*um*	*em*	*ẽ*	*em*		*iorem*	*mum*
	am	*em*	*ẽ*	*em*		*iorem*	*mam*
	um	*e*	*x*	*ns*		*ius*	*mum*
Voc.	*e, er, is*				*x, ns*	*ior*	*me*
	a, is					*ior*	*ma*
	um, e					*ius*	*mum*
Abl.	*o*					*iore*	*mo*
	a	*i*	*e*			*iori*	*ma*
	o		*i*				*mo*

PLURALITER.

	POSITIV.		COMPA.	SVPER
	Docti. Teneri. Dulces. Felices. Prudentes.			
Nom.	i	es	iores	mi
	a	es	iores	mæ
	a	ia	iora	ma
Gen.	orum / arum / orum	ium	iorum	morum / marum / morum
Dat.	is ibus		ioribus	mis
Acc.	os	es	iores	mos
	as	es	iores	mas
	a	ia	iora	ma
Voc.	i	es	iores	mi
	æ	es	iores	mæ
	a	ia	iora	ma
Abl.	is	ibus	ioribus	mis

De

De Nominibus [a] Heteroclitis seu Anomalis.

[a] Deusitatis anomalis autorum probationum heic agitur.

HÆc nullum variant casum: [b] fas, nil, nihil, instar.
Infinita velut gummi: sic tot, quot & omnes
A tribus ad centum numeri; sic gausape, nequam.
[c] Mille, aliquot, totidem, pondo, cape, atq; necesse.
His [d] peregrina dato, ut Cherubin, elementaq;, ut al-
Et voces quasvis nuda pro voce repostas. pha.

[b] Hæc in nominativo accus. voc. tantum usurpantur: sic *opus, cape, necesse* in Nom. & accus.

[c] Plur. hi, hæ, hæc *mille* per omnes casus. At hæc *millia, millium, millibus*, &c.

[d] Peregrina fines latinos sortita flexionem latinorum sequuntur.

In quavis declinatione.

Propria cuncta notes, quibus est natura coercens,
Plurima ne fuerint: ut, Mars, Cato, Gallia, Roma:
Ida, Tagus, Lælaps, Parnassus, Bucephalusq;.
His [a] frumenta dabis, [b] pensa, [c] herbas, [d] uda, [e] metalla.
In quibus auctorum, quæ sint placita ipse requiras.
Est ubi pluralem retinent hæc, est ubi spernunt.

[a] Vt *tritici* ador.

[b] Vt *resina, piper.*

[c] Vt *ruta, thus, anethum.* [d] Vt *Oleum, butyrum.* [e] Vt *aurum, plumbum.* Legimus tamen *avena, cera, Centaurea, cera, Electra, vina* & quædam alia. * *Dicis causa*, Græco more, dicitur: ut δίκης ἕνεκα. [d] His adduntur, *manubiæ, induciæ, præstigiæ, tonsa, scopa, biga, triga, saliuæ*, &c.

In prima declinatione.

Notandum, quod legimus. Nom.* *Dica*, Accus. *Dicam, dicas*. Nom. *Suppetia*, Ac. *Suppetias*. Ac. *Inficias*. Abl. *ingratiis*. *Hæc cæteris carent casibus.*

Singul. *Fama, cholera, pituita, prosapia, stultitia, invidia, justitia, puritia, senecta*, & quædam ejusmodi nomina carent plurali.

Leguntur in plurali tantum.

[a] *Antiæ* & *insidiæ, phaleræ, tenebraq;, minæq;*

In secunda declinatione.

Notandum, quod legimus. Nom. *Pelagus*, Ac. *Pelagum*. Nom. *Virus*, Ac. *Virum*. Nom. *Vulgus*, Ac. *Vulgum*. Nom. *Pergamus*, Ac. *Pergamum*. Nom. *Epulum*, Ac. *Epulus*. Nom. *Balneum*, Ac. *Balneus*. Nom. *Tergum*, Ac. *Tergus*. Nom. *Colus*, Ac. *Colum*. Nom. *Pelagus*, Ac. *Pelagum*. Nom. *Virus*, Ac. *Virum*. Nom. *Vulgus*, Ac. *Vulgum*. Nom. *Pergamus*, Ac. *Pergamum*. Nom. *Epulum*, Ac. *Epulus*. Nom. *Balneum*, Ac. *Balneus*. Nom. *Tergum*, Ac. *Tergus*. Nom. *Colus*, Ac. *Colum*.

Singul. *Fumus, cholera, pituita, prosapia, stultitia, invidia, justitia, puritia, senectus*, & quædam ejusmodi nomina carent plurali.

Leguntur in plurali tantum.

[a] *Antiæ* & *insidiæ, phaleræ, tenebraq;, minæq;*

Excubia,

Excubiæ, nonæ, nugæ, tricæ q3, calendæ,
Quisquiliæ, thermæ, cunæ, diræ, exequiæ q3
Feriæ & inferiæ, sic primitiæ q3, plagæ q3,
Retia signantes, & valvæ divitiæ q3.
[b] *Literæ & exuviæ, clitellæ, vergiliæ q3.*
Urbes des istis, sunt quales Cumæ & Athenæ.

[b] Pro doctrina & pro epistola: at poëticè *litera* singul. dicitur pro *epistola*. *Litera* pro elemento vocis, vox est integra.

In secunda declinatione.

Notes sing. *Pergamus f.g.* *Pergamon n.g.* *Carbasus. f.g.* } plur. { *Pergama.* *Carbasa. n.*

Sin. *Mænalus, Dindymus, Ismarus, Tartarus, Tæygetus, Tænarus, Massicus, Gargarus, Avernus. m. g.* } Plur. *Mænala, Dindyma, Ism.* &c. *n. g.*

Sing. *locus, jocus, sibilus. m. g.* Plur. *Loci & loca, joci, & joca, sibili & sibila.* m. & n. g.
Sing. *Nundinum, epulum,* [b] *balneum, delicium.* Plur. *Nundinæ, epulæ, balneæ, delicie.*
Sing. [c] *rastrum, franum, capistrum.* Plur. *Rastri & rastra, frani & frena, capistri & capistra.*
Cœlum [d] neutrum pl. *cœli* masculinum est. Gen. *tabi.* Abl. *tabo.* Nom. & acc. *tantundem.* Gen. *tantidem,* cæteris carent casibus.
Hordeum, forum, mulsum, defrutum in plurali tantum habent tres casus in (*a*).

[b] At Iuvenalis *balnea* habet.
[c] *Rastra* rarius occurrit, sic & *tabi.*
[d] *Cælum* scalprum plur. cæla.

Leguntur hæc in singulari tantum.

[a] Addatur his *mundus* muliebris.
[b] Et *bilum callum, fascinum, nitrum, solum, ævum.*

Vesperus [a] *& viscus, pontus limus q3, simus q3,*
Muscus, humus, Veneris cestus, cænum q3, [b] *salum q3:*
Iustitium, barathrum, vitrum, viscum q3, penum q3:
Sic virus, nihilum, senium, lethum, at q3 macellum.
Iugerum & hoc pelagus, queis des vulgus q3 lutum q3.

Habent

Habent hæc tantum pluralem.

Liberi & hi [c] *ſuperi, gemini, faſtiq́, foriq́.*
Poſteri, ut & loculi, cancelli codique-cilli:
His addas propria, ut Gabii, Locri, atq́ Philippi.
Munia cum caſtris, præcordia, luſtra ferarum:
Iuſta ſepulturæ, bellaria, compita, teſqua:
Roſtra diſertorum: ſic incunabula & exta:
His effata dabis: ſic arma, crepundia, flabra.
Propria des iſtis, ut Baſtra, [d] *Artaxata, Suſa;*
Librorum [e] *tituloſq́, Georgica & Ethica: feſta*
Atq́ Deûm [f] *ludos, ceu Bacchanalia jungas.*

[c] Sic inferi.

[d] Sic Hieroſolyma, orum; at *Hieroſolyma*, in ſingulari.

[e] Sic *Biblia, bibliorum.*

[f] Vel panegyres: ut, *Olympia, Pythia, Iſthmia.*

Anomala in tertia declinatione.

Notes. Nom. *fors*; abl. *forte*; Gen. *ſpontis*; abl. *ſponte*. Gen. *Impetis*. abl. *impete*. Nom. *Veſper*. abl. *Veſpere*. Hæc caſus reliquos non habent.

Notentur heic, *iter itineris: jecur, jecinoris, & jecoris.*

Notes etiam Gen. *Verberis*. abl. *verbere*, accuſ. *vicem*, abl. *vice*. Gen. [a] *Iugeris*. abl. *Iugere*. Nom. & acc. hoc *plus*. Gen. *pluris*. Hæc in plurali ſunt integra. *Verbera verberum*, &c. *Iugera, jugerum, jugeribus*, &c. *Plures & plura, plurium, pluribus*, &c.

[a] Legitur etiam *jugerum jugeri*, &c.

Frugis, [b] *opis, precis, dapis, naris & proceris,* carent Nominativo & Vocativo ſingulari: at ſunt integra in plurali.* *Vis, vis, vi, vim, vis, vi.* Plur. *Vires, virium, viribus*, &c. *Far, mel, thus, rus*, in plurali retinent tres caſus in (a). abl. *Crate, ambage*: hæc in plurali ſunt integra. Hic *Jupiter, Iovis, Iovi, Iovem, Iupiter, Iove.* Nom. accuſ. voc. ſing. *Argos*. Plur. *Argi, Argorum, Argis*, &c.

[b] *Homo frugi. i.* frugi deditus.

* Ædes (a temple) in ſingulari numero: Ædes in plurali tantum ſignificat (an houſe)

Vas, vaſis, vaſi, vas, &c. Plur. *Vaſa, vaſorum, vaſis*, &c.

Nom. accuſ. voc. pluraliter, [c] *Tempe, Cete.*

[c] A Τέμπεα Τέμπη: & κήτεα, κήτη.

Hæc plurali carent.

Sanguis, nemo, pudor, pulvis, ſopor, æther, & aër,
Pubes atq; ſalus, nex, talio cum indole, [d]tuſſis,
Lux, plebs, atque lues, tabes, mors, atque [*]*ſupellex:*
Atq; fames, bilis, proles, ſitis, atq; ſenectus.
Paupertas, [e] ſoboles, requies, contagio, tellus
Fel [f], jubar & nectar, ver, halec, gluten, eburq;.

[d] Leguntur ſed perrarò *pulveres, tuſſes, mortes, luces, labes, contagiones*, &c unde pueris non ſunt, proponenda, ut his utantur.

[*] Supellectilia legitur. at ſupellectile vox eſt obſoleta.

[e] Sic *pietas, impietas*, &c.

[f] *Epar, pus.*

Hæc carent ſingulari.

Plurali tantum flectas hæc maſcula, [g] manes,
Antes, majores, primores atq; minores;
Menſes, profluvium, cum [h] cœlitibus, lemuresq;
Cum genus aſſignant natales, adde penates.
Hiſq; fores, lactes, [i] grates, muliebria jungas,
Atq; mapalia; ſic ſponſalia, mania, neutra.

[g] Sic *Sales*, pro facetiis. *Magnates, annales, proceres, pugillares, faſces, Luceres, Rhamnes.*

[h] Cœlite Abl. ſing. Ovid.

[i] Tres tantum caſus habet Nom. Acc. Voc.

In quarta declinatione Anomala.

Hæc, *noctu, natu, inſſu, injuſſu atq; rogatu:*
Promptu, permiſſu, nullum aliũ caſum admittunt.
Gelu caret plurali. *Artus & Idus* carent ſingulari.

In quinta declinatione.

Nomina quintæ decliuationis habent tantum in plurali tres ſimiles caſus:
Excipe res, ſpecies, facies, acieſq;, dieſq;.
Quæ ſunt in plurali, integra.
Notes, quod *exſpes* caret obliquis.
Requies, meridies, rabies carent plurali.

Nomina

Nomina quædam ſunt redundantia: ut

[a] *Baculus, baculum*: *Cornu, cornum.*
Tignus, tignum: *Tapes, tapete, tapetum*: [a] Nardus, nardum
Punctus, punctum: *Veſper, veſperus, veſpera*: Hyſſopus, Hyſſopum.
Menda mendum. *Delphin, delphinus.* Cete. plur. Cetus, &c.
Tonitrus, tonitru. *Elephas, elephantus*: ode, oda. tonitrus, tonitru.
Sinapi, ſinapis. *Scorpius, ſcorpio.* &c.
Eventus, eventum. *Segnitics, ſegnitia, &c.*

Notes etiam iſta: *Crater, ris*; *Cratera crateræ. Hebdomas adis. Hebdomada, adæ. Caſſis, idis, Caſſida dæ.*

Sunt & illa obſervanda. *Vomis & vomer.* Gen. *Vomeris, &c. Cucumis, cucumer.* Gen. *Cucumeris, &c. Requies, etis, & ei. Paſcha, æ, & atis, &c.*

Sic *Stipis & ſtips.* Gen. *Stipis.*
Plebes & plebs. Gen. *Plebis.*
Scobis & ſcobs. Gen. *ſcobis.*
Honor & honos. Gen. *honoris*: ita etiam flectuntur *labor, arbor, &c.* [b] Domus Gen. mi. mus, Dat. mo, mui. A. mum. v. mus. Abl. mo. plur. Nimus, Gmorum vel muum. Domibus, Acc. mos, vel mus.
Congrus & conger faciunt. Gen. *congri.*
Meleagrus, Meleager. Gen. *Meleagri.*
Obſerves hæc propria. *Chremes.* Gen. *Chremis & Chremetis. Oedipus, Oedipodis, & pi. Oreſtes æ*: & *Oreſtis*, &c.

[b] *Dant quoſdam caſus quarta, quoſdamq; ſecundæ Iſta: domus, laurus, quercus, proq; arbore cornus, Sic colus & pinus*; *pro fructu ac arbore ficus.*

v. mus. Laurus Gen. us Abl. u. Nom. Acc. Voc. pl. us. habet verò omnes caſus ſecundæ declinationis. Quercus habet querci et quercorum in Gen. at caſus reliquos 4æ. Pinus & cornus Dat. uï, & caſus cæteros 2a. His addas ſpecus, penus, abl. ſpecu, penu; At in Gen. ſpecoris, penoris.

* Legitur adjectiv. defectivũ. *Mactus, mactæ, mactum.* *Hilaris* ſæpius occurrit. *Hilarus* rarius.

[c] Adjectiva quædam * redundant, quæ ab his [c] nominibus deſcendunt.

[c] *Arma, jugum, nervus, ſomnus, clivuſq; animuſq;,* [c] *Et quot limus habet, quot habet frænũ atq; bacillũ:* [c] ut, *Exanimus, a, um. Exanimis & exanime:* [c] *inermus, a, um: inermis & inerme, &c.*

Of the Pronoune.

A Pronoune is a word like to a Noune.

There are fifteene pronounes. *Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.* To which are added their compounds, and *qui, quæ, quod.*

* Sic & (Quis) vocem huic affinem.

The pronounes want the Vocative caſe, except, *tu, meus, noſter,* and *noſtras.*

De Pronomine.

Pronomen eſt vox declinabilis nomini affinis.

Pronomina ſunt quindecim. Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras. *Quibus addas horum compoſita, &* * qui, quæ, quod.

Pronomina hæc carent Vocativo: ſolis exceptis, Tu, meus, noſter *&* noſtras.

[a] Dicuntur hæc ſeptem etiam demonſtrativa. [b] Legitur etiam *cujus a, um.* [c] His adde *cujas.*

Primitiva pronomina [a] *ſunt,* Ego, tu, ſui, ille, ipſe, hic, is, *Sic etiam* (qui).

Hæc ſunt relativa, *ille, ipſe, iſte, hic, is, qui.*

Derivata ſunt, vel poſſeſſiva, ut, *meus, tuus, ſuus, noſter, veſter:* vel Gentilia: quæ gentem vel nationem, vel partes & ſectas ſignificant: ut, *noſtras,* [c] *veſtras.*

The

The Pronounes are thus declined.	*Pronomina ſic declinantur.*

Singulariter	Nom. *ego.*	Pluraliter	Nom. *nos.*
	Gen. *mei.*		Gen. *noſtrum* vel *noſtri.*
	Dat. *mihi.*		Dat. *nobis.*
	Acc. *me.*		Acc. *nos.*
	Voc. *caret.*		Voc. *caret.*
	Abl. *me.*		Abl. *nobis.*

Singulariter	Nom. *tu.*	Pluraliter	Nom. *vos.*
	Gen. *tui.*		Gen. *veſtrum vel veſtri.*
	Dat. *tibi.*		Dat. *vobis.*
	Acc. *te.*		Acc. *vos.*
	Voc. *caret.*		Voc. *caret.*
	Abl. *te.*		Abl. *vobis.*

Sing. & Plur.	Nom. *caret.*		Accuſ. *ſe.*
	Gen. *ſui.*		Voc. *caret.*
	Dat. *ſibi.*		Abl. *ſe.*

Singulariter	N. *Iſte, iſta, iſtud.*	Pluraliter	Nom. *iſti, iſtæ, iſta.*
	Gen. *Iſtius.*		Gen. *iſtorum, iſtarũ,*
	Dat. *Iſti.*		Dat. *iſtis.* (*iſtorũ.*
	A. *Iſtũ, iſtã, iſtud.*		Acc. *iſtos, iſtas, iſta.*
	Voc. *caret.*		Voc. *caret.*
	Abl. *Iſto, iſta, iſto.*		Abl. *iſtis.*

So is *ille* declined and alſo *ipſe*, ſaving that in the neuter gender it maketh *ipſum.*	*Sic declinatur* ille, *ſic etiam* ipſe, *niſi quod in neutro genere faciat* ipſum.

Singulariter		Pluraliter	
No.	*hic, hæc, hoc.*	Nom.	*hi, hæ, hæc.*
Gen.	*hujus.*	Gen.	*horum, harũ, horum.*
Dat.	*huic.*	Dat.	*his.*
A.	*hunc, hanc, hoc*	Acc.	*hos, has, hæc.*
Voc.	*caret.*	Voc.	*caret.*
Ac.	*hoc, hac, hoc.*	Abl.	*his.*

Singulariter		Pluraliter	
Nom.	*is, ea, id.*	Nom.	*ii, ea, ea.*
Gen.	*ejus.*	Ge.	*eorũ, earum, eorum*
Dat.	*ei.*	Dat.	*iis vel eis.*
Ac	*eum, eam, id.*	Acc.	*eos, eas, ea.*
Voc.	*caret.*	Voc.	*caret.*
Abl.	*eo, ea, eo.*	Abl.	*iis, vel eis.*

Sic declinatur, *idem, eadem, idem.* Gen. *ejusdem.* Dat. *eidem,* Acc. *eundem, eandem, idem, &c.*

Singulariter		Pluraliter	
N.	*quis vel qui, quæ, quod vel quid.*	No.	*qui, quæ, quæ.*
Gen.	*cujus.*	G.	*quorũ, quarum, quorum.*
Dat.	*cui.* (*vel quid.*	D.	*quibus vel queis*
Ac.	*quem, quã, quod,*	A.	*quos, quas, quæ.*
Voc.	*caret.*	V.	*caret.* (*queis.*
Abl.	[a]*quo, qua, quo.*	Abl.	*quibus vel* [b]

[a] In usu est (*quicum*) pro *quocum quacum, quocum.* Idque frequentius de personis.

[b] Pro *queis* legitur quandoq; *quis.*

Note that *quid* is alwaies a substantive of the neuter gender.

Quid cum ejus compositis est substantivum neutrius generis.

Quisquis is thus declined.

Quisquis *sic declinatur.*

Nom. *Quisquis, quicquid.* Acc. *Quicquid.* Abl. *Quoquo, quaqua, quoquo.*

Meus, tuus, suus, noster, vester

are declined as *bonus, na, num* : saving that *meus* maketh the vocative; *mi, mea, meum.*

declinantur, ut bonus, na, num. *At* meus, *facit in vocativo,* mi, mea, meum.

Sing.

Sing. Nom. *hic & hæc & hoc noſtras.* Gen. *noſtratis.* Dat. *noſtrati,* &c.

As *felix:* ſo are *veſtras* & *cujas* declined. | Ut *felix:* ſic declinantur *veſtras & cujas.*

Pronominum compoſitio.

Pronomina inter ſe componuntur: ut ego ipſe, &c.

Nom. *Iſtic, iſtæc, iſtoc* vel *iſtuc.* Acc. *iſtunc, iſtanc, iſtoc vel iſtuc.* Abl. *iſtoc, iſtac, iſtoc.*

Plural. Nom. & Accuſ. *Iſtæc.* Eodem modo declinatur etiam *Illic, Illæc, Illoc.*

Componuntur etiam cum nominibus: ut, *Cujuſmodi, hujuſmodi, illiuſmodi, iſtiuſmodi.*

Componnntur cum adverbiis: ut, ſing.

Eccum, Eccam. Plur. *Eccos, Eccas.* ab *ecce* & *is.*

Ellum, Ellam. Plur. *ellos, ellas.* ab *ecce* & *ille.*

Leguntur etiam,

Nom. *hiccine, hæccine, hoccine.* Accuſ. *hunccine, hanccine, hoccine.* Abl. *hoccine, hoccine, hoccine.*

Plur. hæccine neutrum.

Leguntur etiam *Egomet, meimet, mihimet, memet, noſmet.* &c. Sic *ſibimet,* & *ſemet* Sic *Tuimet, tibimet, temet, noſmet,* &c. Non autem *tumet* in Nominativo, ne putetur eſſe verbum à *tumeo.*

Porro leguntur, *tute, tete.* Et, *Hujuſce, biſce, illiuſce, boſce, illoſce.* Et ablativi hi adjecto (*pte*) *Meopte, tuapte, noſtrapte,* &c. ut, *Meopte labore. Veſtropte damno. Noſtrapte arte.*

Ecquis, Nequis, Aliquis, Nunquis, Siquis, Tam in fœminino ſingulari, quam in neutro plurali qua habent, non quæ: ut Siqua mulier. Nequa flagitia.

" Aliis particulis præponitur *Quis* in compositione, &
" declinatur, ut *Quis* & *Qui* supra.
" *Quidam, quivis, quilibet, quicunque*, declinantur, ut *Qui*,
" simplex.

Of the Verbe.

A Verb is a word declined with mood and tense.

Verbs declined with three persons are called personals: Verbes declined in the third person singular onely, are called impersonals.

Of Verbes there be foure kinds. *Active, passive, neuter, and deponent.*

A Verbe active endeth in (o) and betokeneth to doe, as *amo*, I love: and by putting to (r) it may be a passive, as *amor*.

A Verbe passive endeth in (or) and betokeneth to suffer: as *amor*, I am loved: and by putting away (r) it may be an active: as *Amo*.

A Verbe neuter endeth in (o) or (m) and

De Verbo.

VErbum est vox modis & temporibus inflexa.

Verbum personale dicitur, quod per tres personas variatur. Verbum dicitur impersonale quod in tertia persona singulari declinatur.

Quatuor sunt verborum genera. Activum, passivum, neutrum, deponens.

Verbum activum agere significat, & in (o) exit: unde passivum in (or) formari potest: ut lego, legor.

Verbum passivum pati significat & in (or) exit, dempto autem (r) activi formam potest resumere: *ut*, amo.

Verbum neutrum exit in (o) vel (m): ut,

cannot take (r) to make him a paſſive: as *curro*, I run, *ſum*, I am. And it ſignifieth ſometimes to doe: as *curro*, I run, and ſometimes to ſuffer: as *agroto* I am ſicke: or to be, as *ſum*, I am.

ut, curro, ſum. *Et ſignificat vel agere*, *ut* curro; *vel pati*, *ut* ægroto: *vel exiſtere denotat*: *ut*, ſum, exiſto.

" Ex verbis neutris quædam dicuntur ſubſtantiva: " ut, ſum, es, eſt, ſumus, &c. Alia dicuntur neutra abſo- " luta, quia per ſe ſenſum abſolvunt. Hæc autem vel " actionem completam in ipſo verbo ſignificant, nec in " aliud tranſeuntem. ut, Curro, dormio, pluit, ningit; vel " paſſionem in ipſo verbo completam indicat: ut, palleo, " rubeo, albeſco, nigreſco.

" Eſt aliud neutrum, cujus actio in rem cognatæ ſig- " nificationis tranſit: Ac tertiam perſonam vocis activæ " uſurpat: ut, *bibo vinum*: *vinum bibitur*: *vivo vitam*: *vita* " *vivitur*.

Hæc ſenſum non abſolvunt, niſi aliquid ſequatur: ut, *Sum dux Eſt miles*.

A verbe deponent endeth in (r) like a paſſive. And yet in ſignification is either active: as *loquor verbum*, I ſpeake a word: or neuter, as *glorior*, I boaſt.

Verbum deponens exit in (or) *& ſignificatè vel activè*: *ut* loquor verbum: *vel neutraliter*, *ut* glorior.

" Verbum etiam commune olim dictum fuit, quod in (or) " exiens tam activam, quam paſſivam habuit ſignificati- " onem: ut, *deminor*, *veneror*.

" Hujuſmodi multa apud veteres reperias: ut, *Criminor*, " *conſolor*, *ſtipulor*, *ſpeculor*, *adulor*, *fruſtror*, *dignor*, *teſtor*, *inter-* " *pretor*, *amplector*, *meditor*, *experior*, *mentior*, *adipiſcor*, *ag-* " *gredior*, *ſector*, *obliviſcor*, &c.

" His nunc utimur activè plerumque.

Of

Of the Moods.

THERE be five moods.

1. The indicative mood sheweth a reason true or false: as *ego amo* I love; or asketh a question: as *amas tu?* lovest thou?

2. The imperative biddeth, permitteth, prayeth or exhorteth: as *ama tu*, love thou. *amato ille*, let him love.

3. The potentiall mood is knowne by these signes, *may*, *can*, *might*, *would*, *should* or *ought*: as *prædiceres*, you should have told me before.

4. The subjunctive mood dependeth of some other verb in the same sentence: as, *Cave, quid facias*. Take heed what you doe. And

De modis verborum.

Modi verborum quinq; [a] *sunt.*

1. *Indicativus modus aliquid verum aut falsum indicat. ut*, tu legis: *aut interrogat: ut*, Quis leget hæc?

Imperativus [b] *modus imperat, permittit, precatur vel hortatur: ut*, ama, amato tu. Eamus.

Potentialis modus aliquid posse, velle aut debere fieri significat: ut, ferreus essem, nisi te amarem. *Cic.*

Subjunctivus nisi alteri verbo subjungatur per se sensum non absolvit: ut, si fueris fœlix, multos numerabis amicos. *Ponitur* some-

[a] De modo Hortativo precativo, permissivo, promissivo, &c. loquuntur alii: at hi ad hasce 5. modorum species possunt referri.

[b] Subjunctivus aliquando vim habet Imperativi: ut, *mittas ad me.* Heic (*fac*) subauditur.

[c] Imperativus modus futurum subjunctivi mutuatur.
[c] *Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec ullum*
[c] *Addideris verbum: cœna parata tibi est.*
[c] Passiva hæc *præceptum sit, dictum sit, determinatum sit*: [c] præteriti imperativi esse fatetur Priscianus.

ſometimes is put with an adverb* of wiſhing: as, *utinam dixiſſes.* I wiſh you had told me.

5. The Infinitive mood hath commonly this ſigne (to): as, *amare* to love: and hath not different words for numbers and perſons: as, *cupio diſcere.* I deſire to learne.

etiam cum adverbiis optandi: ut utinam dies ille veniat.

* Then it may be called the Optative mood.

Infinitivus modus certam numeri, & perſonæ differentiam non habet; & verbo alteri annectitur in una eademq; ſententia: ut cupio diſcere.

Of the Gerunds.

THere be moreover belonging to the Infinitive mood of verbes certaine voyces called Gerunds: as *amandi* of loving, *amando* in loving, *amandum* to love.

De Gerundiis.

ADduntur modo infinito Gerundia: quæ à nomine caſum: a verbo agendi vel patiendi ſignificationem accipiunt: ut, amandi, vapulandi, docendo, ægrotando.

Di eſt inſtar genitivi caſus; *do*, dativi & ablativi; *dum* nominativi & accuſativi.

Of the Supines.

THere be alſo pertaining to the Infinitive mood two Supines. The firſt ending in (*um*) and ſignifieth [a] actively: as, *eo amatum*, I go to love. The latter in (*u*)

De Supinis.

AD modum infinitum pertinent duo ſupina: quorum prius exit in (um) *& ſignificat activè: ut*, eo amatum, and

[a] And paſſively with *iri* in the Infinitive paſſive: as, *amatum iri*, to be loved hereafter.

and signifieth passively: as *difficilis amatu*, Hard to be loved.

The Tenses.

THere be five Tenses or times.

1. The [a] present-tense speaketh of the time that now is. As *Amo*, I love, or doe love.

2. The preterimperfect [b] tense speaketh of the time lately past: as *Amabam*, I loved or did love.

posterius in (u) & significat passive: ut difficilis amatu.

De Temporibus.

TEmpora verborum sunt quinq;.

1. *Præsens tempus aliquid jam agere vel agi significat: ut*, scribo, vocor.

Tempus præteritum imperfectum de actione aut passione nuper existente loquitur: ut, scribebam: *aliquando significat aliquid non prorsus absolutum: ut*, Templum ingens Dido condebat: *Erat enim adhuc in opere.*

[a] The signs of the present tense active: are *doe, doest, doth.* Of the passive, *Am, art, are.*

[b] Signes of the preterimperfect tens active are, *did, didst*: and of the passive are, *was, wast, were.*

3. The preterperfect tense [c] speaketh of the time perfectly past, with this signe have; as *amavi*, I have loved.

4. The preterpluperfect tense speaketh of the time long past, with the signe had and hadst in the active voyce: as, *Amaveram*, I had loved.

Tempus præteritum perfectum aliquid præteritum absolutumque significat: ut, Amavi, dixi.

Tempus plusquam perfectum aliquid jam diu præteritum significat, ut Amaveram.

[c] Signes of the preter-perf. tense active, *have, hast, hath*: and of the passive *have bin, hast bin, hath bin.*

[d] Signes of the preter-pluperf. passive: *had bin, hadst bin.*

5. The

5 The future tense speaketh of the time to come, with this signe *shall* or *will*: as *amabo*, I shall or will love.

Tempus futurum aliquid futurum significat: ut amabo.

[a] Signes of the future tense passive: *shalbe, wilbe.*

" Hoc tempus esse promissivi modi à nonnullis dicitur,
" quod videatur aliquid promittere, aut velle facere:
" ut, *Ibimus ô Nymphæ, monstrataque saxa petemus.* Ovid.
" Hujus aliud genus est, quod exactum vocant: ut, *videro,*
" *abiero.*
" *Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem fecerit.* Ter.
" Quod quidem exactum futurum etiam in subjunctivo
" modo reperitur. *Ero securior, cum legam: statimque ti-*
" *mebo, cum legero.* Plin.

De verbis compositis.

SUnt composita quædam, activæ vocis, quorum simplicia erant neutra: ut *ineo* [a] ab *eo*, *invenio* à *venio*, *circumsideo*, à *sedeo*, & quædam alia.

[a] *Cum inirentur consilia.* Cic. Sic *inficior, reficior*, &c. leguntur cum verbum *facio* non admittat. (r).

" Verba composita, quorum simplicia exoleverunt, sunt.
" *Defendo, offendo, aspicio, conspicio, adipiscor, experior, compe-*
" *rior, expedio, impedio, excello, percello, delco, imbuo, compello,*
" *appello, incendo, accendo, ingruo, congruo, instigo, instigo, im-*
" *pleo, compleo*, & id genus alia.

De verbis Derivatis, & vocabulis à verbo deductis.

" DErivativorum genera sunt. 1. Inchoativa [a] in
" (sco) desinentia: ut, *labasco, calesco, ingemisco.*
" Hæc verba in sco, aliquando primitivi sui significa-
" tionem intendunt: ut, *Expleri mentem nequit ardescitque*
" *tuendo.* Virg. Hoc est, magis magisque ardet. Ex his
" pleraque pro primitivis suis usurpantur: ut, *extimesco,*
" *conticesco.* 1. Timeo, taceo.
" 2. Frequentativa, quæ desinunt in (*to, so, xo,*) aut
" (tor:) ut, *Visito, affecto, scriptito, pulso, quasso, nexo. Vexor,*
" *sector, scitor, sciscitor.* Huc pertinent & illa, *Vellico, fodico,*
albico,

[a] Hæc Valla vocat *veditativa, & augmentativa.*

" *albico*: & similia, quæ à Grammaticis apparativa di-
" cuntur.
" 3. Desiderativa finiunt in (urio:) ut *lecturio, parturio,*
" *Esurio, cænaturio.* 1. Legere, parere, edere, cænare cupio.
" 4. Diminutiva in (*lo*) vel (*sso*) exeunt: ut, *sorbillo,*
" *cantillo, pitisso,* 1. parum & modicè sorbeo, canto, poto.
" 5. Imitativa sunt: ut, *Patrisso, Atticisso, Platonisso.* At
" Latini hac forma adeo delectati non sunt: unde pro
" *Græcisso* usi sunt *Græcor.* Sic *Cornicor* à cornice, *Vulpinor*
" à vulpe, *Bacchor* à Baccho.
" A verbis derivantur [b] substantiva ut à *do donum,* à
" *doceo doctor, doctrina.* Et adjectiva, ut *flexilis* à *flecto,*
" *flebilis* à *fleo.*

[b] Hæc dicuntur *Nomina verbalia.*

Of Conjugation.

VErbes have foure Conjugations.

The first conjugation hath (a) long before (re) and [1](ris): as, [2] *amare, amaris.*

The second hath (e) long

[1] That is in the present tense infinitive of verbes in (o): and in the present tense indicative of verbes in (or).

[2] But (do) of the first Conjugation hath (a) short: as

De Conjugatione.

V*Erborum quatuor sunt conjugationes.*

In prima conjugatione producitur (a) ante (re) & (ris) ut amare, amaris.

In secunda conjugatione produc-

Hos habet fines.

Indicativi modi tempus præsens.

Sing.	*o, as, at.*	Plural.	*amus, atis, ant.*
	eo, es, et.		*emus, etis, ent.*
	, is, it.		*imus, itis, unt.*
	io, is it.		*imus, itis, iunt.*

Præter. imperfectum. temp.

Sing.	*abam, abas, abat.*	Plural.	*abamus, abatis, abant*
	ebam, ebas, ebat.		*ebamus, ebatis, ebant*
	ebam, ebas, ebat.		*ebamus, ebatis, ebant*
	iebam, iebas, iebat		*iebamus, iebatis, iebãt*

Præ-

long before (re) and (ris) as, *docēre, docēris.*

The third conjugation hath (e) ſhort before (re) and (ris) as, *legĕre, legĕris.*

The fourth conjugation hath (i) long before (re) and (ris): as *audire, audīris.*

producitur (e) ante (re) & (ris) ut, docere, doceris.

In tertia conjugatione corripitur (e) ante (re) & (ris) ut, legere, legeris.

In quarta conjugatione producitur (i) ante (re) & (ris): ut, audire, audiris.

circumdăre, perfundătis.

Verbes in (o) of the foure Conjugations be declined after theſe examples,

Verba in (o) quatuor conjugationum ſic declinantur.

1. AMo, amas, amavi, amare, amatum. *To love.*
2. Doceo, doces, docui, docere, doctum, *To teach.*
3. Lego, legis, legi, legere, lectum. *To read.*
4. Audio, audis, audivi, auditum. *To heare.*

Indicative mood, preſent tenſe.

I love. Thou loveſt. He loveth. We love. Ye love. They love.

Sing.	AMo, amas, amat.	Plural.	Amamus, amatis, amant.
	Doceo, doces, docet		Docemus, docetis, docent
	Lego, legis, legit.		Legimus, legitis, legunt.
	Audio, audis, audit.		Audimus, auditis, audiunt

The preter. imperfect tenſe. ſing. Ama- / Doce- / Lege- / Audie- *I loved, or did love.* bam, bas, bat. *Plu.* bamus, batis, bant.

Pre-

Hos habet fines

Præteritum perfectum.

Sing. *i, iſti, it.* Plur. *ĭmus, iſtis, ērunt vel ēre.*

Præteritum pluſquam perfectum.

Sing. *ĕram, eras, erat.* Plur. *eramus, eratis, erant.*

Futurum tempus.

Sing.

abo, abis, abit.	Plural.	*abĭmus, abitis, abunt.*
ebo, ebis, ebit.		*ebĭmus, ebitis, ebunt.*
am, es, et.		*ēmus, etis, ent.*
iam, ies, iet.		*iēmus, ietis, ient.*

Modus Imperativus, ſingul.

a, ato,	*et, ato,*	Plur. *emus,*	*ate, ent, atote, anto.*
e, eto:	*eat, eto:*	Plur. *eāmus,*	*ete, eant, etote, ento.*
e, ito:	*at, ito:*	Plur. *amus.*	*ite, ant, itote, unto:*
i, ito:	*iat, ito:*	Plur. *iāmus,*	*ite, iant, itote: iunto.*

Subjunctivi modi tempus præſens.

Sing.	*em, es, et.*	Plural.	*emus, etis, ent.*
	eam, eas, eat.		*eamus, eatis, eant.*
	am, as, at.		*amus, atis, ant.*
	iam, ias, iat.		*iamus, iatis, iant.*

Præter-

Preterperf. tense sing. Amavi, Docui, Legi, Audivi, } *I have loved.* isti, it. *Plu.* imus, istis, erunt vel ere.

Preterpluperf. tense sing. Amaveram, Docueram, Legeram, Audiveram, } *I had loved.* eras, erat. *Plu.* eramus, eratis, erant.

I shall or will love.

Future tense sing.

Amabo, abis, abit,	*Plural.*	abimus, abitis, abunt.
Docebo, ebis, ebit,		ebimus, ebitis, ebunt.
Legam, es, et,		emus, etis, ent.
Audiam, ies, iet,		iemus, etis, ient.

Imperative mood singul.

Love thou.	*Love he, or let him love.*	*Love we, or let us love.*	*Love ye.*	*Love they or let them love.*
Ama, amato:	amet, amato.	*Plur.* Amemus,	amate, amatote:	ament, amanto.
Doce, doceto:	doceat, doceto.	*Plu.* Doceamus,	docete, docetote:	doceant, docento.
Lege, legito:	legat, legito:	*Plur.* Legamus,	legite, legitote.	legant, legunto.
Audi, audito:	audiat, audito:	*Plu.* Audiamus,	audite, auditote:	audiant, audiunto.

Subjunctive mood present tense sing. Cum

When I love.

Amem, ames, amet. *Plu.* amemus, ametis, ament.
Doceam, doceas doceat. *Plu.* doceamus, doceatis, doceant.
Legam, legas, legat. *Plu.* legamus, legatis, legant.
Audiam, audias, audiat. *Plu.* audiamus, audiatis, audiant.

Potentiall mood [*without cum.*] *I may or can love.*

Hos habet fines

Præteritum imperfectum.

Sing.	ārem, ares, aret.	Plural. arēmus, aretis, arent.
	ērem, eres, eret.	erēmus, eretis, erent.
	ĕrem, eres, eret.	erēmus, eretis, erent.
	īrem, ires, iret.	iremus, iretis, irent.

Præteritum perfect.

Sing. * ĕrim, eris, erit. plur. erĭmus, eritis, erint.

Præteritum pluſquam perfect.

Sing. iſſem, iſſes, iſſet. plur. iſſemus, iſſetis, iſſent.

Futurum.

Sing. ero, eris, erit. plur. erimus, eritis, erint.

*Hæc vox perfecti aliquando habet ſignificationem futuri

Infinitivi modi.

Tempus præſens & imperfectum. *are*, *ere*, *ere*, *ire*.

Præteritum perfect & pluſquam perfectum. *iſſe*.

Futurum. *urum eſſe*.

Gerundia.

Preter imperfect tense sing. Cum	Ama- Doce- Lege- Audi-	*When*[b] *I did love.* rem, res, ret. *Plu.* remus, retis, rent.	[b] *I would, should, ought, or could love*
Preter perfect tense sing. Cum	Amave- Docue- Lege- Audie-	*When*[c] *I have loved.* rim, ris, rit. *Plu.* rimus, ritis, rint.	[c] *I might, would, should or ought to have loved*
Preter pluperfect tense sing. Cum	Amaviſ- Docuiſ- Legiſ- Audiſ-	[d] *When I had loved.* ſem, ſes, ſet. *Plu.* ſemus, ſetis, ſent.	[d] *I might, would, should or ought to had loved*
Future tense sing. Cum	Amave- Docue- Lege- Audive	*When*[e] *I ſhall or will love.* ro, ris, rit. *Plu.* rimus, ritis, rint.	[e] *I may or can love hereafter.*

Infinitive mood.

Preſent tenſe and preter-imperfect tenſe.	Amare, Docere, Legere, Audire,	*To*	*Love. Teach. Read. Heare.*
Preterperfect tenſe and preterpluperfect tenſe.	Amaviſſe, Docuiſſe, Legiſſe, Audiviſſe,	*to have or had*	*Loved. Taught, Read. Heard.*
Future tenſe.	Amaturum Docturum Lecturum Auditurum	eſſe, *To*	*love teach read heare* hereafter.

Hos habent fines Gerundia. { *Andi, ando, andum.* / *Endi, endo, endum.* / *Endi, endo, endum.* / *Iendi, iendo, iendum.*

Supinum prius. { *um.* } Posterius sup. { *u.* }

Particip. præsentis temporis. { *ans, ens,* / *ens, iens.* }

Participium futuri { *urus.* }

For supplying some tenses in Verbes in (or) *we learne thus to decline Sum.*

Sum, es, fui, esse, futurus, *To be.*

Indicative mood.

Preſent tenſe ſing. SUm, *I am*, es, eſt. *Plural.* ſumus, eſtis, ſunt.

Præt. imperf. tenſe ſing. Eram, *I was*; eras, erat. *Plur.* eramus, eratis, erant.

Præt. perf. tenſe ſing. Fui, *I have beene*; fuiſti, fuit. *Plur.* fuimus, fuiſtis, fuerunt vel fuere.

Præt. pluperf. tenſe ſing. Fueram, *I had beene*; fueras, fuerat. *Plur.* fueramus, fueratis, fuerant.

Future tenſe ſing. Ero, *I ſhall or will be*; eris, erit. *Plur.* erimus, eritis, erunt.

Imperative

Gerunds.

Amandi *of loving:*	do, *in loving,*	dum, *to love.*
Docendi *of teaching:*	do, *in teaching:*	dum, *to teach.*
Legendi *of reading:*	do, *in reading:*	dum, *to read.*
Audiendi *of hearing:*	do, *in hearing:*	dum, *to heare.*

The first Supine.	Amatum, *to love.*	The latter Supine.	amatu, *to be loved.*
	Doctum, *to teach.*		doctu, *to be taught.*
	Lectum, *to read.*		lectu, *to be read.*
	Auditum, *to heare*		auditu, *to be heard.*

The Participle of the present tense.	Amans.	Legens	*Loving.*
	Docens.	Audiens	*Teaching, &c.*
Particip. of the Futur. in urus.	Amaturus.	Lecturus	*To love or about to love, &c.*
	Docturus.	Auditurus	

For

Imperative mood.

Sing. Sis / Es / Esto	*be thou*	Sit, / Esto.	*pl.* Simus.	Sitis, / Este, / Estote.	Sint. / Sunto.

Subjunctive mood.

Present tense sing.	Potent. mood [without cum.]
Cum	Sim, [a] *When I am*; sis, sit. *pl.* simus, sitis, sint.
Pret. imp. tense sing.	[a] *I may or can be.*
Cum	Essem, *When* [b] *I was*; esses, esset. *pl.* essemus, essetis, essent.
pret. perf. tense sing.	[b] *I might, would, or should be.*
Cum	Fuerim, *When* [c] *I have beene*; fueris, fuerit. *plu.* fuerimus, fueritis, fuerint.
	[c] *I might, would, should or ought to have beene.*

Pret. plup. tense sing. Fuissem, *When*[d] *I had beene*; fuisses, fuisset. *pl.* fuissemus, fuissetis, fuissent.

Cum [d] *I might, would, should, or ought to had beene.*

Future tense. Fuero, *When*[e] *I shall or will be*; fueris, fuerit. *plur.* fuerimus, fueritis, fuerint.

Cum [e] *I may or can be hereafter.*

Infinitive mood.

Present tense and preter imperfect tense. Esse, *to be.*

Preter perfect and preterpluperfect tense. Fuisse, *to have or had beene.*

Future tense. Fore vel futurum esse; *To be hereafter.*

Verbes

Hos habet fines

Indicativi modi tempus præsens verborum in (or).

Sing.

or, aris vel are, atur: Plural. *amur, amini, antur.*
eor, eris vel ere, etur: *emur, emini, entur.*
or, eris vel ere, itur: *imur, imini, untur.*
ior, iris vel ire, itur: *imur, imini, iuntur.*

Præteritum imperfectum.

Sing.

abar, aberis vel abare, abatur: plu. *abamur, abamini, abantur.*
ebar, ebaris vel ebare, ebatur: plu. *ebamur, ebamini, ebantur.*
ebar, ebaris vel ebare, ebatur: plu. *ebamur, ebamini, ebantur.*
iebar, iebaris vel iebare, iebatur: plu. *iebamur, iebamini, iebantur.*

Præ-

Verbes in (or) of the foure Conjugations, are thus declined.

Verba in (or) quatuor Conjugationum ſic declinantur.

AMor, amaris vel amare, amatus ſum vel fui: *To be loved.*

Doceor, doceris vel docere, doctus ſum vel fui: *To be taught.*

Legor, legeris vel legere, lectus ſum vel fui: *To be read.*

Audior, audiris vel audire, auditus ſum vel fui: *To be heard.*

Indicative mood.

I am loved.

AMor, amaris vel amare, amatur: *plu.* amamur, amamini, amantur.

Doceor, doceris vel docere, docetur: *plu.* docemur, docemini, docentur.

Preſent tenſe. Legor, legeris vel legere, legitur. *plu.* legimur, legimini, leguntur.

Audior, audiris vel audire, auditur. *plu.* audimur, audimini, audiuntur.

I was loved.

Amabar, amabaris vel amabare, amabatur. *plu.* amabamur, amabamini, amabantur.

The preter. imperfect tenſe. ſing. Docebar, docebaris vel docebare, docebatur: *plu.* docebamur, docebamini, docebantur.

Legebar, legebaris vel legebare, legebatur: *plu.* legebamur, legebamini, legebantur.

Audiebar, audiebaris vel audiebare, audiebatur: *plu.* audiebamur, audiebamini, audiebantur.

Hos habet fines

Præteritum perfectum.

us ſum vel fui, us es vel fuiſti, us eſt vel fuit: plur. *i ſumus vel fuimus, i eſtis vel fuiſtis, i ſunt fuerunt vel fuere.*

Præteritum pluſquam perfectum.

us eram vel fueram, us eras vel fueras, us erat vel fuerat. plur. *i eramus vel fueramus, i eratis vel fueratis, i erant vel fuerant.*

Futurum tempus.

abor, aberis vel abere, abitur. } pl. { *abimur, abimini, abuntur*
ebor, eberis vel ebere, ebitur. } pl. { *ebimur, ebimini, ebuntur.*
ar, eris vel ere, etur. } pl. { *emur, emini, entur.*
iar, ieris vel iere, ietur. } pl. { *iemur, iemini, ientur.*

Imperativus modus.

Sing.	*are, etur,*	pluraliter.	*emur,*	*amini,*	*entur,*
	ator: ator.				*antor.*
	ere, eatur,		*eamur,*	*emini,*	*eantur*
	etor: etor.				*entor.*
	ere, atur,		*amur,*	*imini,*	*antur*
	itor: itor.				*untor.*
	ire, iatur,		*iamur,*	*imini,*	*iantur*
	itor: itor.				*iuntor.*

Subjunctivi modi tempus præſens.

er, eris vel ere, etur. } Plural. { *emur, emini, entur.*
ear, earis vel eare, eatur. } Plural. { *amur, eamini, eantur.*
ar, aris vel are, atur. } Plural. { *amur, amini, antur.*
iar, iaris vel iare, iatur. } Plural. { *iamur, iamini, iantur.*

præ-

Preter perfect tenſe ſing.

Amatus
Doctus
Lectus
Auditus

I have beene loved.

ſum vel fui, us es vel fuiſti, us eſt vel fuit. *plu.* i ſumus vel fuimus, i eſtis vel fuiſtis, i ſunt fuerunt vel fuere.

Preter pluperf. tenſe ſing.

Amatus
Doctus
Lectus
Auditus

I had beene loved.

eram vel fueram, us eras vel fueras, us erat vel fuerat. *pl.* i eramus vel fueramus, i eratis vel fueratis, i erant vel fuerant.

I ſhall or will be loved.

Future tenſe ſing.

Amabor, beris vel bere, bitur. *pl.* bimur, bimini, buntur.
Docebor
Legar, eris vel ieris vel ere, etur. *plu.* emur, emini, entur.
Audiar

Imperative mood. *preſent tenſe ſing.*

Be thou loved.	*Let him be loved.*		*Let us be loved.*	*Be ye loved.*	*Let them be loved.*
Amare,	ametur,	Pluraliter	amemur,	amamini,	amentur
amator:	amator.				amantor.
Docere,	doceatur,		doceamur,	docemini,	doceãtur
docetor:	docetor.				docentor.
Legere,	legatur,		Legamur,	*legimini,	legantur
legitor:	legitor.				leguntor.
Audire,	audiatur,		audiamur,	audimini,	audiantur
auditor:	auditor.				audiuntor.

Potentiall mood [without cum]

Subjunctive mood.

When[a] I am loved.

*Vtiminor. Plaur. in Epid.

[a] *I may or can be loved.*

Preſent tenſe ſing.

Amer, eris vel ere, etur. *pl.* emur, emini, entur.

Cum Doce-
Leg-
Audi-

ar, aris vel are, atur. *plu.* amur, amini antur.

Preter-

Hos habet fines

Præteritum imperfectum.

arer, areris vel arere, aretur. plu. *aremur, aremini, arentur.*

ērer, ereris vel erere, eretur. plu. *eremur, eremini, erentur.*

Sing. *ĕrer, ereris vel erere, eretur.* plu. *eremur, eremini, erentur.*

irer, ireris vel irere, iretur. plu. *iremur, iremini, irentur.*

Perfectum tempus.

Sing. *us ſim vel fuerim, us ſis vel fueris, us ſit vel fuerit.* plu. *i ſimus vel fuerimus, i ſitis vel fueritis, i ſint vel fuerint.*

Præteritum pluſquam perfectum.

Sing. *us eſſem vel fuiſſem, us eſſes vel fuiſſes, us eſſet vel fuiſſet.* plur. *i eſſemus vel fuiſſemus, i eſſetis vel fuiſſetis, i eſſent vel fuiſſent.*

Futurum.

Sing. *us ero vel fuero, us eris vel fueris, us erit vel fuerit.* plu. *i erimus vel fuerimus, i eritis vel fueritis, i erunt vel fuerint.*

Modi Infinitivi.

Præſens & imperfectum. { *ari.* *eri.* *i.* *iri.*

Præteritum perfectum & pluſquam perfectum. { *um eſſe vel fuiſſe.*

Futurum

Potentiall mood [without cum].

Preter imperfect tense sing. Cum — Ama-, Doce-, Lege-, Audi- *When*[b] *I was loved.* rer, reris vel rere, retur. *plu.* remur, remini, rentur.

[b] *I might, would, should or ought to be loved.*

When[c] *I have beene loved.*

Preter perfect tense sing. Cum — Amatus, Doctus, Lectus, Auditus: sim vel fuerim, us sis vel fueris, us sit vel fuerit. *plu.* i simus vel fuerimus, i sitis vel fueritis, i sint vel fuerint.

[c] *I would, should or ought to have beene loved.*

When[d] *I had beene loved.*

Preter pluperfect tense sing. Cum — Amatus, Doctus, Lectus, Auditus: essem vel fuissem, us esses vel fuisses, us esset vel fuisset. *plu.* i essemus vel fuissemus, iessetis vel fuissetis, i essent vel fuissent.

[d] *I would, should or ought to had beene loved.*

When[e] *I shall or will be loved.*

Future tense sing, Cum — Amatus, Doctus, Lectus, Auditus: ero vel fuero, us eris vel fueris, us erit vel fuerit. *plu.* i erimus vel fuerimus, i eritis vel fueritis, i erunt vel fuerint.

[e] *I may or can be loved hereafter.*

Infinitive mood.

Present tense and preter imperfect tense.

Amari, Doceri, Legi, Audiri — *To be* — *loved, taught, read, heard.*

Preterperf. and preter pluperfect tense.

Amatum, Doctum, Lectum, Auditum — esse vel fuisse. — *To have or had* — *loved, taught, read, heard.*

Future

Hos habet fines

Futurum *um iri, vel* { *andum, endum, endum, iendum* } *esse.*

Participium præsentis temp. *us.*

Participium futuri in (dus). *andus. endus.* } *endus. iendus.*

Certaine Verbes out of rule are thus declined.

POssum, potes, potui, posse : *To be able.*
Volo, vis, volui, velle : *To be willing.*
Nolo, non-vis, nolui, nolle : *To be unwilling.*
Malo, mavis, malui, malle : *To be more willing.*
Edo, [a]edis, vel es, edere vel esse, esum : *To eate.*
Fio, fis, factus sum vel fui, fieri : *To be made, or to be done.*
Eo, is, ivi, ire, itum : *To goe.*
Fero, fers, tuli, ferre. *To beare or suffer.*
Feror, ferris vel ferre, latus sum vel fui, ferri. *To be borne or suffered.*

[a] *Edo* is of the third Conjugation except in some few tenses here expressed.

Indicative mood present tense sing.

Possum, potes, potest:	Pluraliter	Possumus, potestis, possunt.
Volo, vis, vult:		Volumus, vultis, volunt.
Nolo, nonvis, nonvult:		Nolumus, non-vultis, nolunt.
Malo, mavis, mavult:		Malumus, mavultis, malunt.
Edo, edis vel es, edit vel est:		Edimus, editis vel estis, edunt.
Fio, fis, fit:		Fimus, fitis, fiunt.
Eo, is, it:		Imus, itis, eunt.
Fero, fers, fert:		Ferimus, fertis, ferunt.
Feror, ferris vel ferre, fertur.		Ferimur, ferimini, feruntur.

Pre-

Future tense.

Amatum	iri	amandum esse	*To be*	*loved*	*hereafter.*
Doctum		docendum esse		*taught*	
Lectum	vel	legendum esse		*read*	
Auditum		audiendum esse		*heard*	

The participle of the present tense. Amatus *loved.* Doctus *taught.* Lectus *read.* Auditus *heard.*

The participle of the future in(dus). Amandus Docendus Legendus Audiendus *To be loved hereafter,&c.*

Certaine

Preter imperfect tense sing.

Poteram, eras, erat. *plu.* eramus, eratis, erant.

Volebam Nolebam Malebam Fiebam Ibam Ferebam bas, bat. *plu.* bamus, batis, bant.

Ferebar, baris, vel bare, batur. *plu.* bamur, bamini, bantur.

Preter perfect tense sing.

Potui, volui, nolui, malui; ivi, tuli, isti, it. *plu.* imus, istis, erunt vel ere: ut amavi.

Factus Latus eram vel fueram: us eras vel fueras, &c ut, amatus eram vel fueram.

Preter pluperfect tense sing.

Potueram, volueram, noluerã, malueram; iveram, tuleram, eras, erat. *plu.* eramus eratis, erant.

Factus eram vel fueram Latus eram vel fueram eras vel fueras, &c. ut, amatus eram vel fueram:

Future tense.

Potero, poteris, poterit. *plu.* erimus. eritis, erunt.

Volam Nolam Malam Fiam Feram es, et. *plu.* emus, etis, ent.

Ibo, ibis, ibit. *pl.* ibimus, ibitis, ibunt.

Ferar, fereris vel ferere, feretur. *plu.* feremur, feremini, ferentur.

Imperat.

Imperat. mood sing.

Possum, volo, malo *want the Imperative mood.*

Noli, nolito. *Plural.* nolite, nolitote.

Es, esto: ede, edito: { edat. esto. edito } *Plu.* { este estote, edite editote: } { edant edunto. }

Fiat. *plur.* fiamus. —— { fiant fiunto.

i, ito: eat, ito: } *plural.* eamus, { ite, itote: eant, eunto.

fer, ferto: ferat ferto } *plur.* feramus, { ferte, fertote: ferant, ferunto.

ferre, fertor: feratur, fertor. } *plur.* feramur, { ferimini { ferantur, feruntor.

Subjunctive mood.

Present tense sing. Cum

Possim, Velim, { Nolim, Malim, } is, it. *plu.* imus, itis, int.

Fiam { Eam Feram, } as, at. *plu.* amus, atis, ant.

Ferar, aris vel are, atur. *plu.* amur, amini, antur.

Preterimperfect tense sing. Cum

Possem, Vellem, Nollem, Mallem { Ederem vel essem, Fierem, Irem, Ferrem } es, et. *plu.* emus, etis, ent.

Ferrer, eris vel ere, etur. *plu.* emur, emini, entur.

Pre-

Præter perfect tenſe ſing. Cum

Potuerim, Voluerim, Noluerim, Maluerim } Iverim, Tulerim { eris, erit. *plu.* erimus, eritis, erint.

Factus, Latus { ſim vel fuerim: ut, amatus ſim vel fuerim: us, ſis vel fueris.

Preter pluperfect tenſe ſing. Cum

Potuiſſem, Voluiſſem, Noluiſſem, Maluiſſem } Iviſſem, tuliſſem { iſſes, iſſet. *plu.* iſſemus, iſſetis, iſſent.

Factus, Latus { eſſem vel fuiſſem, &c. ut, amatus eſſem vel fuiſſem: us eſſes vel fuiſſes.

Future tenſe ſing. Cum

Potuero, Voluero, Noluero, Maluero } Ivero, Tulero { eris, erit. *plu.* erimus, eritis, erint.

Factus, Latus { ero vel fuero, &c. ut, amatus ero vel fuero: us erit vel fuerit, &c.

Infinitive mood.

Preſent tenſe.

Poſſe, Velle { Nolle, Malle { Edere vel eſſe { ire, ferre { fieri, ferri.

Preter perfect and preterpluperfect tenſe

Potuiſſe, Voluiſſe, Noluiſſe, Maluiſſe, Iviſſe, Tuliſſe, Factum, Latum { eſſe vel fuiſſe.

Future tenſe.

Iturum eſſe, Laturum eſſe { Factum iri vel faciendum eſſe. Latum iri vel ferendum eſſe.

Eo *hath the gerunds* eundi, eundo, eundum. (Queo) *I am able, is declined like* (eo). *And maketh its gerunds,* Queundi, queundo, queundum.

Note

[a] Depoſita terminatione præſentis præteriti & ſupinorum & aſſumpta terminatione temporum reliquorum inde formatorum.

NOte that of the preſent tenſe, preterperfect tenſe and ſupines are formed all other tenſes and Gerunds; as of *amo* are formed

NOtandum i. quod à præſenti, præterito, & *Supinis*, [a] *reliqua omnia tempora & Gerundia formantur: at ab* amo [a] *formantur*

*Amabam, amabo, ama, amem, amarem, amare, * amandi: & amor, amabar, amabor, amare, amer, amarer, amari, amandum eſſe.*

[b] Verba deponentia ſemper formant gerundia à præſenti.

Of *Amavi* are formed

Ab [b] Amavi *formantur*

Amaveram, amaverim, amaviſſem, amavero, amaviſſe.

[b] Commutatis ſcil. inter ſe finibus.

Of *Amatum* [b] *amatu*, are formed

Ab Amatum amatu *formantur*

Amaturum eſſe, amatus ſum vel fui, amatus eram vel fueram, amatus ſim vel fuerim, amatus eſſem vel fuiſſem, amatus ero vel fuero, amatum eſſe vel fuiſſe, amatum iri.

[c] Nam à (*lego*) fit *legis, legit*, &c. mutando (*o*) in (*is*) it, &c. ſed in rapio (*io*) mutatur in *is, it*, &c. tamen (*i*) retinetur in *rapiunt, rapiam*, & cæteris temporibus.

" 2. Notandum quod una eademque eſt flexio præteriti " & ſupinorum & temporum ab illis formatorum in " omnibus verbis perfectis & anomalis: ut, Sing. *Amavi, " docui, fui, potui, tuli, idi, iſti, it.* Plur. *imus, iſtis, erunt vel " ere, &c.* & in verbis in (or:) *Amatus, doctus, latus, factus " ſum vel fui, us es vel fuiſti, us eſt vel fuit, &c.*

" 3. Notandum contractionem eſſe uſitatam in verbo- " rum præteritis: ut *audii, deſii, petii, cupierunt, amârunt*: " & in temporibus inde formatis: ut, *amarim, amâſſem, " amâro. Nôrim, noſſem, noſſe.*

" Notandum 4. quod verba in (io) tertiæ conjuga- " rionis formant quædam tempora & perſonas [c] irregu- " lariter: ut, à *rapio* fit *rapis, rapit*; *rapimus, rapitis.* Et *rape,*

" *rape, rapito: rapite, rapitote: & raperem, raperes,* &c. Et " *rapere.* Et in voce passiva à *rapior* fit *raperis* vel *rapere,* " *rapitur; rapimur, rapimini.* Et *rapere, rapitor, rapimini.* Et " *raperer, rapereris,* &c. Et rapi.

De præterito verborum simplicium in (o) primæ conjugationis.

AS *in præsenti perfectum format in* ([a]*avi*):
Ut no, nas, navi, vocito, vocitas, vocitavi:
Sed mico dat micui, cubui cubo; dat juvo, juvi:
Et seco dat secui, neco dat necui, & [b] *lavo, lavi.*
Formabitq; plico plicui: atq; frico fricui dat.
Sic domo dat domui, tono dat tonui, & crepo rite
Dat crepui, sono dat sonui; vetui & veto format:
Do, das, rite dedi: sto, stas, formare steti vult.

[a] Reperiuntur, *incubavere, incubasse, micaverit, dissrepavit, perfricatus, defricatus, incubatus,* & aliæ

quædam voces ejusmodi: unde constat præteritum olim fuisse his verbis in (avi). [b] Legitur etiam *lave lavui,* tertiæ conjugationis.

Secundæ Conjugationis.

ES *in præsenti dat* ui, *nam nigreo, nigres,*
Perfectum format nigrui; jubeo excipe jussi:
Sorbeo sorbui habet, sorpsi [c] *quoq; mulceo, mulsi:*
Luceo vult luxi, sedeo sedi, videoq;
Vult vidi: sed prandeo prandi, strideo [d] *stridi:*
Suadeo suasi, rideo risi, habet ardeo & arsi.

[c] In compositis.

[d] Leguntur etiam *strido dis: fulgo, gis: tergo gis,* tertiæ conjugationis apud poetas, idque rarò, & præcipuè in infinitivo præs.

Quatuor his infra geminatur syllaba prima:
Pendeo namq; pependi, mordeo vultq; momordi:
Spondeo habere spopondi, tondeo vultq; totondi.
L, vel (r) ante (geo) si stet: (geo) vertitur in (si): Geo.

Urgeo ut ursi, mulgeo mulsi, tergeo tersi:
Frigeo frixi, lugeo luxi habet, augeo & auxi.
Dat fleo fles flevi, in compostis dat pleo plevi.
Deleo delevi formabit: dat neo nevi.
A maneo mansi formatur. Torqueo torsi,
Veo. *Hæreo vult hæsi.* Veo *fit* vi: *ut ferveo** *fervi.*
*Est etiam & *fervo*, vis tertiæ conjugationis apud Virgil. Leguntur *efferbui, defervui,*
Niveo ab antiquo poscit conniveo nivi,
Et nixi: cieo civi, vieoq́ vievi.

In tertia Conjugatione.

Bo. BO *fit* bi: ut *lambo lambi, scribo excipe scripsi,*
Et nubo nupsi: antiquum cumbo cubui dat.
Co. Co *fit* ci: *ut vinco vici: vult parco peperci*
Et parsi, dico dixi, duco quoque duxi.
Do. Do *fit* di: *ut mando mandi, sed scindo scidi dat.*
Findo fidi, fundo fudi, tundo tutudiq́:
Pendo pependi, tendo tetendi, pedo pepedi.
*Vasi simplex vix legitur, at compos. sæpe. *Jungo cado cecidi, pro verbero cædo cecidi.*
Cedo pro discedere sive locum dare cessi.
Hæc rado, lædo, ludo, cum divido trudo,
Et claudo, plaudo, cum rodo, vadoq́ a *dant si.*
Go. Go *fit* xi: *ut jungo*[b] *junxi: sed* r *ante* go *vult* si:
[b] His adde *exstinguo, restinguo.* præter. *stinxi.* *Ut spargo sparsi; lego legi, & ago facit egi.*
Dat tango tetigi: pungo punxi pupugiq́.
Dat frango fregi: cum signat pango pacisci
Vult pepigi: sed idem vult pango pro cano panxi.
Ho. Ho *fit* xi, *traho ceu traxi docet, & veho vexi.*
Lo. Lo *fit* ui: *colo ceu colui: psallo excipe psalli,*
Et sallo salli format: pello pepuliq́.
Dat vello velli, vulsi quoq́, fallo fefelli.
*Quædam composita a cello habent *cellui*: ut *excello, præcello.* *A veteri*[c] *cello, percello perculi habebit.*

Mo

Mo *fit* ui; *vomo ceu vomui, asſi emo poſtulat emi:* Mo.
Como petit compſi, promo prompſi, adjice demo,
Quod format dempſi, ſumo ſumpſi, & premo preſſi:
No *fit* vi, *veluti ſino ſivi, ſed lino, levi,* No.
Et livi,[d] *ſterno vult ſtravi, ſpernoq; ſprevi.*
Cerno compoſitum dat crevi, temnoq; tempſi.
Gigno, pono, cano, genui, poſui, cecini dant.
Po *fit* pſi: *ut ſcalpo, ſcalpſi, rumpo excipe rupi:* Po.
Et ſtrepo quod format ſtrepui.
Quo *fit* qui: *ut linquo liqui, ſed dat coquo coxi.* Quo.
Ro *fit* vi: *veluti ſero vult, pro ſemino, ſevi.* Ro.
At compoſita dabunt ſerui, cum ſignificatum
Mutant: vult verro verri, uro uſi, & gero geſſi,
Quæro, quæſivi, tero trivi, curro cucurri.
So, *velut hæc accerſo, arceſſo, capeſſo, lacеſſo,* So.
Formabit ſivi, *dant* eſſi *inceſſo, faceſſo.*
Sic viſo, viſi: ſed pinſo pinſui habebit.
Sco *fit* vi: *ut paſco pavi, vult poſco popoſci.* Sco.
Vult didici diſco.
To *fit* ti: *ut verto verti: ſed ſiſto notetur:* To.
Pro ſto namq; ſteti, pro cogo ſtare ſtiti vult.
Formabit mitto miſi, peto jure petivi.
Sterv ſtertui habet: meto meſſui. Ab ecto *fit* exi. Ecto.
Ut flecto flexi: pecto dat pexui, habet q;
Pexi: ſic necto nexiq; & nexui adoptat.
Vo *fit* vi: *ut volvo volvi: vivo excipe vixi,* Vo.
Vult facio feci, jeci jacioq; requirit: Cio.
A lacio[e] *lexi, a ſpecio ſpeciq; notetur.* [e] Hæc ſæpe occurrunt compoſita: nunquam ſimplicia.

Dat fodio fodi: texo quoq; texui habebit. Dio.
Vult capio cepi, format cupioq; cupivi. Xo.
Dat fugio fugi, peperi parioq; requirit, Pio.
Et quatio quaſſi, quod vix reperitur in uſu Gio.
Rio.
Tio.

[d] *Livi* fuit priſcis in uſu, ſic *lini.*

Vult rapio, rapui, ſapui ſapioq; requirit.

uo. *Deniq; uo fit u.: ut ſtatuo ſtatui: at pluo rarò*
Pluvi, ſape plui: ſtruo ſed ſtruxi, & fluo fluxi.

Quartæ conjugationis præteritum.

QVarta dat is ivi: ut monſtrat ſcio ſcis tibi ſcivi:
Excipias venio dans veni: farcio farſi:
Sarcio dat ſarſi: formabit ſepio ſepſi:
Sentio dat ſenſi: ſic haurio poſtulat hauſi:
Fulcio dat fulſi. Jungatur ſancio ſanxi:
Et ſalio ſalui, ſaliiq;, & vincio vinxi.
Cambio dat priſcis campſi: vult raucio rauſi.

De Compoſitorum verborum præteritis.

PRæteritum dat idem ſimplex & compoſitivum:
Compoſita à curro, Diſco, do primæ, ſto, poſco Curro. *Vt docui edocui monſtrat: ſed ſyllaba prima,*
Quam ſimplex geminat, compoſto non geminatur.
At dant præcurro, decurro, excurro, cucurri,
Et curri, nec non procurro: & ſimplicis uſum
Servant à diſco, do, ſto, vel poſco creata.

Pungo. *Compoſita à pungo formabunt omnia punxi:*
Vult unum pupugi, interdumq; repungo repunxi.
A pango pepigi, pegi compoſta requirunt.

Do. *Natum* à do, *quando eſt inflexio tertia, ut addo,*
Credo, edo, dedo, reddo, perdo, abdo, vel obdo:
Condo, indo, trado, prodo, vendo, didi: at unum
Abſcondo abſcondi. Natum à ſto ſtas *ſtiti habebit.*

Sto. At *circumſto* retinet *ſteti.*

Plico. A plico *compoſitum cum ſub vel nomine, ut iſta;*
Supplico, multiplico, gaudent formare plicavi.

Applico,

Applico, complico, replico & explico ui *vel in* avi.
Vult cum compositis oleo si significatum Oleo.
Non variant olui. Dat olevi cætera proles.

Mutantia primam vocalem in *e*.

HÆc in compositis vocales a *per* e *mutant:*
Damno, lacto, sacro, gradior, fallo, arceo, [a] *tracto:* [a] Quædam à tracto retinent (a) ut pertracto, retracto.
Partio, [b] *carpo, patro, scando, spargo:* [c] *parioq́,*
Cujus nata peri reperiq́, & comperi habebunt.
Cætera sed perui: velut hæc aperire, operire.
A pasco pavi, tantum composita notentur
Hæc duo compesco, dispesco, pescui habere.
Cætera ut epasco servabunt simplicis usum.

[b] Legitur impartio & impertio. [c] Composita à pario sunt quartæ conjugationis.

Mutantia *a* & *æ* ubique in *i*.

SI componantur salio, statuo, & cado, lædo,
Atq́, [a] *habeo, lateo, cano, quæro, cædo cecîdi,* [a] Posthabeo simplicis formam servat.
Tango, egeo, teneo, taceo, sapio, rapioq́;
Æ & a semper in i *tibi permutantia cernes.*
Vt rapio rapui, eripio eripui: à cano natum Cano.
Præteritum per ui, *ceu concino concinui dat.*
A placeo sic displiceo: sed simplicis usum
Hæc duo complaceo, cum perplaceo bene servant. Placeo.
A maneo mansi, minui dant quatuor ista. Maneo.
Præmineo, emineo, cum promineo, immineoq́.
Simplicis at verbi servabunt cætera formam.
Composita à [b] *scalpo, calco, salto* a *per* u *mutant.* Scalpo, calco, salto.
Id tibi demonstrant exculpo, inculco, resulto.

[b] Ovid. sculpsit ebur. Legitur sculptura, sculptus, sculptile.

Composita à claudo, quatio, lavo, rejiciunt a. Claudo, quatio, lavo.
Id docet à claudo occludo, excludo; à quatioq́,
Percutio, excutio: à lavo proluo, diluo nata.

Mutantia primam vocalem in i præterquam in præterito.

Hæc si componas, Ago, emo, sedeo, & rego, frango;
Et capio, jacio, lacio, specio, & premo, semper
Vocalem primam præsentis in i *sibi mutant.*
Præteriti nunquam, ceu frango refringo, refregi.
Et retinent pegi compingo, impingo. Notesq́;
Ago. *Pauca hæc circumago, perago, satago, coemoq́;,*
Et super & circum sedeo, quæ simplicis usum
Servant: dat dego degi, dat cogo coegi.
Rego. *A rego dat pergo perrexi, vult quoq́; surgo*
Surrexi, media præsentis syllaba adempta.
Facio. *Nil variat facio nisi præposito præcunte:*
Id docet olfacio, cum calfacio inficioque.
Lego. *A lego nata* (re, per, præ, sub, trans, ad) *præeunte,*
Præsentis servant vocalem, in i *cætera mutant.*
De quibus hæc intelligo, diligo, negligo tantum
Præteritum lexi *faciunt; reliqua omnia* legi.

De simplicium verborum Supinis.

Nunc ex præterito discas formare supinum.
Bi. Bi *sibi* tum *format: sic namq́; bibi bibitum fit.*
Ci. Ci *fit* ctum: *ut vici victum: testatur & ici*
Dans ictum: feci factum, jeci quoq́; jactum.
Di. Di *fit* sum: *ut vidi visum: sed* ss *geminato*
Dat pandi passum, sedi, sessum: adde scidi quod
Dat scissum, atq́; fidi fissum, fodi quoq́; fossum.
Quod si præteriti geminatur syllaba prima,
Illa supinorum flexum fugit; idq́; totondi
Legitur participium tusus, sed rarius. *Monstrat dans tonsum, tensum tentumq́; tetendi,*
Vult casum cecidi, vult casum cædo cecidi.
Tunsum formabit tutudiq́;, dediq́; datum vult.

Gi *fit* ctum: *ut legi lectum: fregi excipe fractum,* Gi.
Dat tactum tetigi, pactum pegi, pepigiq́.
Vult pupugi punctum: fugi fugitumq; requirit.
Li *fit* ſum: *ut ſalli ſtans pro ſale condio ſalſum.* Li.
Dat pepuli pulſum: perculſum perculi habebit. *Ceculi culſum non ſunt in uſu.
Atq; tuli latum, velli vulſum, atq; fefelli
Falſum. (*emptum*
(Mi, ni, pi, qui, tum) *dant: nam emi procreat* Mi, Ni,
Veni vult ventum, cecini cantum; à capioq; Pi, Qui.
Cepi dat captum, ſed cœpi à cœpio cœptum.
Rupi vult ruptum: à liqui formato b *relictum.* b In compoſ. relinquo: Supina verbi ſimplicis non leguntur.
Ri *fit* ſum: *ut verri verſum, peperi excipe partum.* Ri.
Si *fit* ſum: *ut viſi viſum; ſed* ſſ *geminato,* Si.
Miſi formabit miſſum: fulſi excipe fultum.
Hauſi hauſtum, ſarſi ſartum, farſi excipe fartum;
Ut geſſi geſtum: ſic uſſi poſtulat uſtum.
Indulſi indultum; tortum torſiq́ requirit. (*ſum.*
Pſi *fit* tum; *ut ſcripſi ſcriptum, campſi excipe camp-* Pſi.
Ti *fit* tum; *ut ſtatum vult ſto, vult ſiſto, ſupinum,* Ti.
Sive ſteti, formatve ſtiti; verti excipe verſum.
Vi *fit* tum; *ut flavi flatum, pavi excipe paſtum.* Vi.
Dat lavi lotum, interdum lautum atq; lavatum.
Potavi potum, interdum facit & potatum.
Sed favi fautum, cavi cautum; à ſero ſevi
Formes rite ſatum, livi liniq́ litum dat.
Solvi à ſolvo ſolutum: volvi à volvo volutum.
Vult ſingultivi ſingultum; veneo, venis
Venivi venum: ſepelivi rite ſepultum. (*quoduis*
Quod dat ui *dat* itum; *ut domui domitum, excipe* uï.
Verbum in uo, *quia ſemper* ui *formabit in utum;* uō, uï.
Exui ut exutum; à ruo deme rui ruitum dans.
Vult ſecui ſectum, necui nectum, fricuiq; (*ctum.* c Et mixtum.
Frictum, miſcui item c *miſtum, ac amicui dat ami-*

Torrui habet toſtum ; docui doctum ; tenuiq́ꝫ
Tentum, conſului conſultum, alui altum alitumq́ꝫ.
Sic ſaluī ſaltum, colui, occului quoq́ꝫ cultum:
Pinſui habet piſtum, rapui raptum ; ſeruiq́ꝫ
A ſero vult ſertum : ſic textum textui habebit.
uī in ſum *Hæc ſed* uī *mutant in ſum : nam cenſeo cenſum :*
[d] In compoſitis : nam ſimplex non legitur. *Cellui [d] habet celſum : meſſum meto meſſui habebit.*
Nexui item nexum : ſic pexum pexui adoptat.

Xi. Xi *fit* ctum: *ut vinxi vinctum : ſed ſancio* [e] *ſanxi*
[e] Et inde ſanctus tanquam à ſupino (ſanctum.) *Format ſancitum: nolunt (n) iſta ſupinis,*
Finxi, cum minxi, pinxi, ſtrinxi quoq́ꝫ rinxi.
Xum flexi, plexi, fixi dant, & fluo fluxum.

De compoſitorum verborum ſupinis.

COmpoſitū ut ſimplex formatur quodq́ꝫ ſupinū:
Quamvis non eadem ſtet ſyllaba ſemper utriq́ꝫ.
Tunſum. Ruitum. Saltum. Satum. *Compoſita à tunſum, dempta* n *tuſum: à ruitum fit*
I media dempta rutum : & à ſaltum quoq́ꝫ ſultum.
[a] Stratum. *Dant [a] ſtatū at q́ꝫ ſatum compoſta ſtitumq́ꝫ ſitumq́ꝫ:*
Hoc retinet (a) in quibuſdam compoſitis. *Redditum [b] habet reddo: ſic vendo venditum habebit.*
Hanc legem reliqua à do *ſic variata ſequuntur.*

[b] Sic editum, creditum, abditum, &c. his adde abſcondi abſconditum.

Eſum. captum, &c. *A comedoq́ꝫ eſum oritur ſimul atq́ꝫ comeſtum.*
Hæc captum, factum, jactum, raptū a per e mutant,
Et cantum partum, ſparſum, fartū: his dato carptū.
Notum. *A noſco tantum duo, cognitū & agnitum habentur:*
Cætera dant notum; nullo eſt jam noſcitum in uſu.

De præteritis verborum in *or*.

VErba in or *admittunt ex poſteriore ſupino*
Præteritum, verſo u *per* us *& ſum conſociato*

Vel

Vel fui: *ut à lectu lectus sum vel fui: At ex his*
Observanda tibi sunt deponentia, [a] *ut ista.*
Nam labor lapsus, patior dat passus, & ejus
Nata: ut compatior compassus, perpetiorq́;
Formans perpessus, fateor quod fassus & inde
Nata: ut confiteor confessus, diffiteorq́;
Diffessus; gradior dat gressus; junge [b] *fatiscor*
Fessus sum: mensus sum metior; utor & usus.
Pro texo orditus, pro incepto dat ordior orsus.
Nitor [c] *nisus vel nixus sum; ulciscor & ultus.*
Irascor dabit iratus, reor & ratus optat;
Vult oblivisco sum oblitus. Vult fruor aptè
Præteritum [d] *fruitus; miserere junge misertus.*
Vult tuor & tueor, non tutus, sed tuitus sum.
A loquor adde locutus; & à sequor adde secutus.
Experior vult expertus formare; paciscor
Pactus, nanciscor nactus sum; adipiscor adeptus.
Junge queror questus; proficiscor junge profectus;
Expergiscor sum experrectus; & hæc quoq́; commi-
niscor commentus: nascor natus, moriorq́;
Mortuus, atq́; orior quod præteritum facit ortus.

[a] Cætera conjugationis suæ ritum sequuntur: ut minatus sum, veritus sum, amplexus sum, sortitus sum.

[b] Hoc verbum agnoscit Agellius & alii. Et inde compositum defatiscor.

[c] Adnitor vel annitor annixus vel annisus sum.

[d] Enitor pro pario enixa sum; pro elaboro, enisus sum. Rhen. Connitor, innitor, obnitor, subnitor sæpius (nixus) habent. [d] Et raro fructus.

De præteritis Neutro-passivorum.

Neutro-passiva hæc sic præteritũ tibi formant.
Gaudeo gavisus sum, fido fisus; & audeo
Ausus sum; fio factus, soleo solitus sum.

Verba mutantia præteritum.

Quædam præteritum à cognatis tempus adoptant.
Inceptivum in sco stans pro primario, habebit
Præteritum ejusdem verbi; vult ergo tepesco
A tepeo,

A tepeo, tepui. Quatioq; à concutio vult
Concussi; ut placuit priscis à suffero [a] tollo
Sustuli habet. Fero [b] datq; tuli; sic sum fui habebit.

[a] Attollo, extollo, &c. carent supinis.

[b] Ab antiquis verbis tulo & fuo.

Verba præterito carentia.

PRæteritum fugiunt aveo, ambigo, gliscо, fatiscо,
Sido, labo, vescor, medeor, liquor, reminiscor,
Meio cum ferio, furo, polleo, vergo, quinisco.
Pro video, cerno; conjunge renideo, [*] vado.
Quodq; inceptivum his addas à nomine ductum.
Quale est sylvesco; quibus hisco, liveo, ringor,
Atq; liquet, nexo cum glabreo, mæreo jungas.
Et passiva quibus caruere activa supinis;
Ut metuor, timeor. Meditativa omnia præter
Parturio, esurio, quæ præteritum duo servant.

[*] Hujus composita habent (vasi).

Verba supinis carentia.

HÆc ritè observes fugientia verba supinum.
Lambo mico [a] micui, rudo, scabo, parco [b] peperci,
Dispesco, posco, compesco, prodigo, disco.
Turgeo, dego, ango, satago, cum ningo, refello.
Psallo, volo, nolo, malo, tremo, strideo, strido.
Gestio cum clango, paveo, conniveo, fervet.
A nuo compositum, ut renuo; à cado ut incido, præter
Occido quod facit occasum, recidoq; recasum.
Respuo, linquo, luo, metuo, cluo, frigeo, calvo.
Et sterto, timeo. Sic luceo & arceo, cujus (natum.
Composita (ercitum) habent; sic à gruo, ut ingruo
Urgeo & incesso. sapio. Careantque supinis
Præterito quæcunq; carent,
Et quæcunque in ui formantur neutra [c] secundæ.
Exceptis oleo, doleo, placeo, taceoque
Pareo item & [d] careo; His jungas noceo, lateoque,
Et valeo, caleo. Gaudent hæ namque supino.

[a] Micavi habet micatum.

[b] Parsi habet parsum parcitum rarissime occurrit.

[c] Pateo caret supinis. Nam passum est à pando.

[d] Careo habet caritum. Cassus est adjectivum: non à supino cassum: quod non legitur.

De

De verbis defectivis.

Aio.

" PRæſens Indicativi: *Aio, aïs, ait.* Plur. *Aiunt.*
" Præteritum imperfectum: *Aiebam, aiebas, aiebat.*
" Plur. *Aiebamus, aiebatis, aiebant.* Imperativus. *Ai.*
" Præſens ſubjunctivi. *Aiam, aiat.* Plur. *Aiamus, aiant.*
" Participium præſens. *Aiens.*

Auſim.

" Præſens ſubjunctivi. *Auſim, auſis, auſit.* Plur. *Auſint.*

Salve.

" Indicat. *Salvebis.* Imper. *Salve, ſalveto.* Plur. *Salvete,*
" *Salvetote.* Infinit. *Salvere.*

Ave.

" Imperat. *Ave, aveto* Plur. *Avete, avetote.* Infin. *Avere.*

Cedo.

" Imperat. *Cedo* Plur. *Cedite*, i. dic vel porrige, dicite vel
" porrigite.

Faxo.

" Futurum *faxo* vel *faxim, faxis, faxit*: pro faciam vel fe-
" cero. Plur. *Faxint.*

Forem.

" Imperfectum ſubjunctivi. *Forem, fores, foret*: pro eſſem,
" eſſes, eſſet. Plur. *forent.*
" Infinit. *Fore*, i. Futurum eſſe.

Quæſo.

" Præſens indicativi. *Quæſo* Plur. *Quæſumus.*

" *Infit*, i. dicit vel dixit Plur. *infiunt*, id eſt, dicunt.

[a] *Inquio* poeticum eſt, & raro legitur.

" Præſens Indicativi: *Inquam*,[a] *inquis, inquit.* Plur. *Inqui-*
" *mus, inquiunt.*
" Præter. perfectum. *Inquiſti, inquit.*
" Futurum. *inquies, inquiet.*
" Imperativ. *Inque*, apud Terent. *Inquito*, apud Plaut.
" Præſens ſubjunctivi *Inquiat.* Participium *inquiens.*
" *Odi, Cœpi, Memini* habent omnia tempora à præterito
" perfecto deducta.
" *Memini* habet in imperativo Sing. *Mementto.* Plur. *Me-*
" *mentote.*
" *Odi & memini* ſignificationem habent præſentis: ſic etiam
" [b] *Novi* præteritum à *nosco.*

[b] Licet tempora à præſenti (*noſco*) fiant in uſu.

" *Dor* & *for*, ſic & *der* & *fer* in ſubjunctivo, non leguntur,
" niſi in compoſitis.
" A *fero* Imperativus eſt *fer*, à *dico* fit *dic*, à *duco duc*, à *fa-*
" *cio, fac.*
" *Potior potitus* quartæ conjugationis, habet *potitur* & *poti-*
" *ver* (i) brevi. *Orior ortus* tertiæ conjugationis ha-
" bet in infinitivo *oriri* juxta ritum quartæ conjuga-
" tionis.

Emoriri à *morior* priſcis fuit olim in uſu.

Of

Of Verbes Impersonals.

VErbs Impersonals are thus declined.

De Verbis Impersonalibus.

Verba Impersonalia sic declinantur.

Decet, decebat, decuit, decuerat, decebit, &c. decere.
Itur, ibatur, itum est vel fuit, itum erat vel fuerat, ibitur, &c. iri.

" Impersonalia sunt *hæc*; *Interest, refert, pœnitet, liquet,* " *oportet*; *Miseret & misereſcit* habent in præterito *miser-* " *tum est*: *Tædet, pertæsum est.*

Quædam verba personalia aliquando formam impersonalium induunt.

Impersonals are commonly knowne by the signe (it); as *Decet*, It becommeth.

Of the Participle.

A Participle is a word derived of a verbe, and taketh part of a Noune, as Gender, Case and declension, and part of a Verbe, as tense and signification.

There are foure kinds of participles.

1. A Participle of the present tense hath his English ending in (ing) and his Latine in *ans, ens, ens, iens*; as,

De Participio.

Participium est vox flexa, quæ à nomine genera & declinationem, a verbo tempora & significationem habet.

Quatuor sunt species participiorum.

1. *Participium præsens exit in, ans, ens, ens, iens:* ut

Amans loving, *docens* teaching, *legens* reading, *audiens* hearing.

Iens participium ab *eo* rarius simplex legitur in Nominativo; sed *euntis, eunti, euntem, eunte,* &c.

&c. in obliquis. Vſitata ſunt ejus compoſita. *Abiens abeuntis. Rediens, redeuntis, &c.* at unum. *Ambiens, ambientis*, ienti, &c. à ſimplicis flexu variat.

2. A participle of the future in (*urus*) is Engliſhed like the infinitive mood active; as, *amaturus* to love or about to love.

2. *Participium in* urus *ſignificationem habet præſentis infinitivi ſui: ut* lecturus, curſurus.

3. A participle of the Preter tenſe hath his Engliſh ending in *d*, *t*, or *n*; as *loved*, *taught*, *ſlaine*, and his Latine in *us*; as, *amatus*, *viſus*, *nexus*.

3. *Participium præteriti temporis exit in* us; *ut* amatus, viſus, nexus.

4. A participle of the Future in *dus*, is Engliſhed like the Infinitive mood paſſive; as, *amandus* to be loved.

4. *Participium Futuri in* dus *eſt ſemper paſſivæ ſignificationis*; *ut*, amandus, utendus.

A participle of the preſent tenſe and future in *dus*, are formed of the [a] preſent tenſe indicative; as of

Participium præſentis temporis & futuri in dus *formantur ab indicativo præſenti: ut, ab*

[a] Sic a loquor loquens, loquendus, &c.

Amo amans, doceo docens, lego legens, audio, audiens. Amor amandus, doceor docendus, legor legendus, audior audiendus.

A participle of the preter tenſe and the future in *urus* are formed of the later ſupine; as, of

Participium futuri in urus *& præteriti temporis formantur à poſteriore ſupino; ut, ab*

Amatu, amaturus, amatus.

Hæc

Hæc participia irregulariter formantur. *Pariturus, noſciturus, ſonaturus, arguiturus, luiturus, eruiturus, naſciturus, moriturus, oriturus, oſurus, futurus.* Sic etiam *mortuus à morior.*

" Quædam neutra habent participia in *dus*: ut, *Vigilandus, dubitandus, carendus, dolendus.*

" Fiunt participia paſſiva ab ejuſmodi neutris, quorum tertiæ perſonæ paſſivæ uſurpantur: ut, *aratur terra*; hinc *arata* & *aranda terra.*

" Participia præteriti temporis à deponentibus formata ſignificant activè: ut *loquutus*, ſpeaking.

" Habent & deponentia quædam præteriti temporis participia, quæ nunc activè nunc paſſivè ſignificant: ut, *Nunc obita mihi tot carmina.* Virg.

" *Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda.* Terent.

" *Mentitaque tela agniſcunt.* Virg.

" Deponentibus quibuſdam manet participium futuri in *dus*: ut *ſequendus, loquendus, utendus, patiendus, oblivi-ſcendus*, & alia id genus.

" Participia aliquando tempus adſignificare deſinunt: ut, *Amandus eſt doctiſſimus quiſque*, id dignus eſt, vel debet amari. *Vita laudata*, i. laudabilis.

Of the Adverbe.

AN Adverbe is a word undeclined, joyned to other words to declare their ſignification.

Adverbes, ſome be of Time; as

De Adverbio.

ADverbium eſt vox non flexa, quæ adjecta aliis vocabulis eorũ ſenſum perficit; ut ſeriò dico. Sat citò, ſi ſat bene.

Quædam adverbia ſunt temporis; ut

Hodie, cras, heri, perendie, olim, aliquando, nuper.

Loci

Quædam adverbia sunt

Loci	Of Place; as, *Vbi, ibi, hèic, illîc, inius.*
Numeri	Of Number; as, *semel, bis, ter, iterum.*
Ordinis	Of Order; as, *primò, secundò, denique.*
Interrogandi aut dubitandi	Of Asking or Doubting as, *Cur, quare, unde, quorsum, nunquid.*
Vocandi	Of Calling; as, *Heus, ô, ehodum.*
Affirmandi	Of Affirming; as, *Certè, næ, profectò, sanè, scilicet, estò.*
Negandi	Of Denying; as, *Non, haud, minimè, neutiquam.*
Iurandi	Of Swearing; as, *Pol, ædepol, hercle.*
Hortandi	Of Exhorting; as, *eia, age, agite, agedum.*
Adulandi	Of Flattering; as, *Sodes, amabo.*
Prohibendi	Of Forbidding; as, *Ne.*
Optandi	Of Wishing; as, *utinam, si, ô si, ô.*
Congregandi	Of gathering together; as, *simul, unâ, pariter, non modo, non solum.*
Segregandi	Of Parting; as, *sigillatim, vicatim.*
Eligendi	Of Choosing; as, *potius, imò.*
Rei non peractæ	Of a thing not finished; as, *pene, fere, prope, vix.*
Monstrandi	Of Shewing; as, *En, ecce.*
Dubitandi	Of Doubting; as, *Forsan, forsitan.*
Contingentiæ	Of Chance; as, *Forte, fortuito.*
Similitudinis	Of Likenesse; as, *sic, sicut, ceu, tanquam, velut.*
Qualitatis	Of Quality; as, *Bene, malè, doctè, fortiter*
Quantitatis	Of Quantity; as, *multũ, parum, minimũ.*
Comparandi	Of Comparison; as, *Tam, quam, magis, minus.*
Excludendi	Of Excepting; as, *Tantummodo, solum, tantum, duntaxat.*
Diversitatis	Of Diversity; ut, *Aliter, secus.*
Explanandi	Of Explaining; as, *Puta, utpote, nimirũ.*

Certaine

Nomina sunt adverbialia ab adverbiis derivata; ut *hodiernus, heſternus, craſtinus.*

Certaine Adverbes have the Comparative and Superlative degree: as

Quædam Adverbia formant gradum Comparativum & Superlativum: ut,

Doctè, doctius, doctiſſimè. Fortiter, fortius, fortiſſimè. Bene, melius, optimè. Sæpe, ſæpius, ſæpiſſimè. Nuper, nuperrime.

[a] Sicut fit apud Græcos.

" Aliquando nomina Adjectiva induunt [a] formam Adverbiorum: ut, *Recens* pro recenter. *Torvum* pro torvè: " aliquando etiam dativi ſubſtantivorum: ut, *tempori, luci, veſperi.*

Of the Conjunction.

A Conjunction is a word undeclined, which joyneth words and ſentences together.

Of Conjunctions ſome be

De Conjunctione.

Conjunctio eſt vox non flexa, quæ voces & ſententias connectit.

Conjunctiones quædam ſunt

Copulativæ	Copulative; as, *Et, que, quoque, ac, atq; nec, neque.*
Disjunctivæ	Disjunctives; as, *Aut, ve, vel, ſeu, ſive.*
Diſcretivæ	Diſcretives; as, *Sed, quidem, autem, vero, at, aſt.*
Cauſales	Cauſals; as, *nam, namque, enim, etenim, quia, ut, quod, quum, quoniam, quando.*
Conditionales	Conditionals; as, *ſi, ſin, modo, dummodo.*
Exceptivæ	Exceptives; as, *Ni, niſi, quin, alioquin, præterquam.*
Interrogativæ	Interrogatives; as, *Ne, an, utrum, necne, anne, nonne.*
Illativæ	Illatives; as, *Ergo, ideo, igitur, quare, itaque, proin.*

Adverſativæ

Quædam conjunctiones sunt

Adversativæ	Adversatives; as, *Etsi, quanquam, licet*
Redditivæ earundem	Redditives to the same as, *Tamen, attamen.*
Electivæ	Elective; as, *Quam, ac, atque.*
Diminutivæ	Diminutives; as, *Saltem, vel.*
Suspensivæ & geminatæ	Suspensives and doubled; as, *vir tum probus, tum eruditus.*
	Et pugnat & fugit. Nec videt, nec audit.
Expletivæ	Expletives; as, *Quidem, equidem, nimirum, autem, scilicet, quoque, nam, profecto, verò, enimvero, sedenim, enim, pro certè.*

" Virg. [a] *Nam quis te juvenum confidentissime nostras* " *Iussit adire domos?* Ter. *At enim non sinam.*

[a] Pro quisnam.

Of the Præposition.

A Prepositon is a word undeclined, most commonly set before other words: as, *Ad patrem; Indoctus.*

These prepositions serve to the Accusative case.

De Præpositione.

Præpositio est vox non flexa: quæ vocibus aliis præponitur: ut, Ad patrem; Indoctus.

Præpositiones hæ inserviunt [a] *Accusativo casui.*

[a] Puerorum captui consulens hoc posui regimen præpositionum.

Ad, to.	*Erga*, Towards.
Apud, at.	*Extra*, Without.
Ante, before.	*Inter*, Betweene.
Adversus / *Adversum* } Against.	*Infra*, Beneath.
	Juxta, Beside or nigh to.
Cis / *Citra* } On this side.	*Ob*, For.
	Pone, Behind.
Circum / *Circa* } About.	*Per*, By or through.
	Propter, For, or by,
Contra, Against.	*Secundum, post*, After.

Trans. On the further side.	*Circiter*, About.
Vltra, Beyond.	*Vſque*, Untill.
Præter, Beſide.	*Secus*, By.
Supra, Above.	*Verſus*, Towards.
	Penes, In the power.

Theſe Præpoſitions ſerve to the Ablative caſe.	*Præpoſitiones hæ inſerviunt Ablativo caſui.*

[a] (*A*) & (*e*) præponuntur dictionibus à conſonante incipientibus. *Ab* & *ex* tum vocalibus, tum conſonantibus. Sed *ab* conſonas *j*, *l*, *r*, præcedit. *Abs* præcedit *t* & *q*. [b] Clam quandoque regit Accuſativum; ut, Clam patrem. Ter.

A, [a]*ab*, *abs*; From.	*Pro*, For.
Cum; With.	*Præ*, Before or in compariſon.
Coram; Before or in preſence.	*Palam*, Openly.
[b] *Clam*; privily.	*Sine*, *Abſque*, } Without.
De, [a]*E*, *Ex*, } Of or from.	*Tenus*, untill or up to.

Theſe Præpoſitions ſerve to both [c] caſes.	*Hæ Præpoſitiones utrique caſui inſerviunt.*
In, In, and, into.	*Super*, upon, concerning, and beyond.
Sub; under, about, and before.	*Subter*; under.

[c] Legimus procul mari. Liv. procul dubio. Plaut. procul muros. Liv.

Some Prepoſitions are put after their words: as,	*Quædam præpoſitiones ſuis vocabulis poſtponuntur: ut,*

Mecum, *tecum*, *ſecum*, *nobiſcum*, *quicum*, *quibuſcum*. *Pectoribus tenus*, up to the breaſt. *Angliam verſus*, towards England. *Ad occidentem uſque*, Even to the Weſt.

[c] Sunt

« Sunt & præpositiones[d] quæ nunquam extra com-
« positionem inveniuntur: *Am, di, dis, re, se, con*: ut, *Ambio,*
« *dico, discrabo, recipio, sepono, condono.*
« *Con)* in compositione ante vocalem, amittit (n): ut
« *Coemo, coniquino, cooperio.*
« In compositis cum præpositione autibus & eupho-
« niæ serviendum est: ideo sæpe consonans in fine præ-
« positionis mutatur: ut

« *Occurro.* } Non { *Obcurro.*
« *Officio.* } Non { *Obficio.*
« *Ausero.* } Non { *Abfero.*

« *Abstineo.* } Non { *Austineo.*
« *Obtineo.* } Non { *Ottineo.*
« *Obrepo.* } Non { *Orrepo.*

« Usus etiam obtinuit, ut Euphoniæ gratia consonantes
« aliquando interserantur: ut, *Redamo, redeo,* [e] *prodeo,*
« *indigeo, reddo, redbibeo, redoleo.*
« Notetur etiam hæc & hujusmodi cum præpositioni-
« bus compositio. *Agnosco, acquiro, asscribo, attuli, allatum.*
« *Surripio, suscipio, omitto. Intelligo, pellucidus, refero: im-*
« *mitto, impono, anceps, acquiro, circundo, circumeo, circuis,*
« *circuive. Collaudo, corrodo, illudo, irroro, cognosco, ignosco,*
« *anbelo. Trajicio, trano, traduco, differo. Exoro, effigie, eduso,*
« *Pomeridianus.* Hac in re usus autorum consulendus.
« Præpositiones quædam procreant Adjectiva com-
« parativa & superlativa: ut, *Ante, anterior. Citra citerior,*
« *citimus. Intra, interior, intimus. Extra, exterior, extimus, vel*
« *extremus. Citra, citerior, citimus. Ultra, ulterior, ultimus.*
« *Prope, propior, proximus.* A quo *proximior* apud Ovidium.

[d] Quidam addunt (ve) & (ne) ut, *vecors, nefastus.*

[e] In omnibus temporibus verbi (sum) à vocali incipientibus (d) interponitur: ut, *proderam, prodero. prodessem, prodesse, &c.*

Of the Interjection.

AN Interjection is a word undeclined expressing some passion of the minde.

Some Interjections are

Gaudentis	Of mirth; as, *Evax, vah.*
Dolentis	Of sorrow; as, *Heu, Hei.*
Timentis	Of dread; as, *Atat, Hei.*

De Interjectione.

INterjectio est vox non flexa, quæ animi affectum prorumpentem demonstrat.

Quædam Interjectiones animi sunt

Quædam Interjectiones animi

Admirantis	Of Marvelling; as, *Pape.*
Indignantis	Of Disdaining; as, *Hem.*
Vitantis	Of Shunning; as, *Apage.*
Laudantis	Of Prayſing; as, *Euge.*
Derident is	Of Scorning; as, *Huï.*
Exclamantis	Of Exclamation; as, *Proh.*
Imprecantis	Of Curſing; as, *Væ, malum.*
Ridentis	Of Laughing; as, *Ha, ha, he.*
Vocantis	Of Calling; as, *Eho, ho, io.*
Silentium injungentis	Of Silence; as, *Au*, &c.

" Aliquando nomina, verba, & aliæ vocum ſpeciei " interjectionis loco ponuntur: ut, Virg. Navibus (in- " *fandum*) amiſſis. Cic. Sed (*amabo*) cura te.

Appendix de figuris Etymologicis.

FIguræ *Etymologicæ* vocis formam aliquantum immutant. *Figuræ* verò *Etymologicæ* ſunt hæ.

1. *Proſtheſis* eſt additio literæ vel ſyllabæ ad principium dictionis: ut, *Gnatus* pro natus. *Tetuli* pro tuli.

2. *Aphæreſis* eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à principio dictionis, ut *ruit* pro eruit. *Temnere* pro contemnere.

3. *Epentheſis* eſt interpoſitio literæ vel ſyllabæ in medio dictionis: ut *relliquiæ, relligio*, addito (l): *induperator*, pro imperator. *Alituum* pro alitum.

4. *Syncope* eſt ablatio literæ vel ſyllabæ è medio dictionis; ut, *abiit, petiit, dixti, repoſtũ*, &c.

5. *Paragoge* eſt additio literæ vel ſyllabæ ad *finem* dictionis: ut *dicier* pro dici.

6. *Apocope*

6. *Apocope* est ablatio literæ vel syllabæ à fine dictionis: ut, *Peculi* [a] pro peculii. *Dixtin'* pro dixtine. *Ingeni* pro ingenii.

[a] Vel (ii) contrahuntur in (i) per synæresin.

7. *Antistœchon* est, cum vocalis una pro alia ponitur: ut, *Optumus, maximus*, pro Optimus maximus. *Olli* subrisit; pro Illi. *Mos gerundus est patri*: pro gerendus.

8. *Tmesis* dissecat vocem compositam, & dictionem unam vel plures interponit: ut, *Quæ mihi cunque placent.*

Hactenus de Etymologia.

Of the joyning of words.

WOrds are rightly joyned together, when they follow the custome of good authors.

Here observe that there is first a concord or agreement of words, & secondly the governement of words.

There be three Concords.

The first Concord.

A Verbe personall agreeth with his [1] nominative case in number and person: as,

Præceptor legit, vos vero negligitis.
Nunquam sera est ad bonos mores via. Sen.

Syntaxis Latina.

SYntaxis [a] *rectam vocum inter se constructionem juxta usum autorum probatissimorum tradit.*

Partes Syntaxeos sunt, concordantia & regimen.

Concordantiæ vocum sunt tres.

[a] Per regimen intellige dictionum quamvis constructionem & consequentiam; præter tres dictas concordantias.

1a. Concordia.

VErbum personale cohæret cum nominativo numero & persona; ut,

[1] The word answering to the question (*who*) or (*what*) made by the verbe is the nominative case to the verbe.

These Nominatives, *ego, tu, ille, nos, vos, illi, homo, homines*, are usually understood; as,

Hi Nominativi, ego, tu, ille, nos, vos, illi, homo, homines, raro exprimuntur; ut,

Ferunt: dicunt: aiunt. &c. 1. homines.
Impares nascimur, pares morimur.

" At exprimuntur ad vehementius aliquid efferendum vel distinguendum: ut, *Tu es patronus, tu pater.* Ter. " *Tu dominus, tu vir, tu ibi frater eris.* Ovid. " Quasi dicat nemo præterea: aut tu præ aliis.

The second Concord.

THe Adjective whether it be a noune, pronoune or participle, agreeth with his [2] Substantive in Case, Gender and Number.

[2] The word answering to the question (*who*) or (*what*) made by the Adjective, is the substantive to it.

2ª. Concordantia.

ADiectivum cũ substantivo genere, numero & casu consentit: ut,

Amicus certus in re incerta cernitur. Homo armatus, Ager colendus.
Rara avis in terris, nigróque simillima cygno est fides.

When this word (*thing*) is joyned with an Adjective, you may put away (*res*) and put the Adjective in the neuter gender: & it in all respects supplyeth the place of a substantive: as,

Adjectivum in [b] *neutro genere sine substantivo positum, pro substantivo habetur, ut,*

Multa me impedierunt. Pauca his similia.
Quod fuit durum pati, meminisse dulce est. Sen.

[b] *Adjectiva masculina & fœminina quandoque ponuntur sine substantivis.* Homo *enim, vel* mulier, *vel aliqua vox ejusmodi intelligitur.*

The

The third Concord.

THe Pronoune (*qui*) agreeth with his [3]Antecedent in gender, number and perſon: as,

3ª. Concordantia.

PRonomen (*qui*) cum Antecedente concordat genere, numero, & perſona: ut,

[3]The word anſwering to the queſtion (*who*) or (*what*) is antecedent to *Qui*.

Vir ſapit, qui pauca loquitur.
Prima, quæ vitam dedit, hora carpſit. Sen.

" Aliquando (Qui) reſpondet primitivo, quod in poſ-
" ſeſſivo pronomine ſubintelligitur: ut, *Omnes omnia*
" *bona dicere, & laudare fortunas meas, qui filium haberem*
" *tali ingenio præditum,*
" *Id mea minimè refert, qui ſum natu maximus.* Ter.

Here note in theſe Concords

SOmetimes an Infinitive mood, an Adverbe with a Genitive caſe, a part of a ſentence, or a word put for it ſelfe, is the Nominative caſe to a Verbe, the ſubſtantive to the Adjective, and the antecedent to *Qui*: And then the Adjective and *Qui* are put in the neuter gender: and the Verbe in the third perſon: as,

In vocum Concordantia notentur hæc.

ALiquando verbum [a] *Infinitum, Adverbium cum Genitivo, membrum orationis, aut dictio aliqua materialiter ſumpta ſupplet locum Nominativi, ſubſtantivi, aut Antecedentis: ut,*

[a] *Verbum infinitum, adverbium, membrum orationis, pro neutris & tertiis perſonis ſumuntur.*

Diluculo ſurgere ſaluberrimum eſt.
Partim ſignorum ſunt combuſta.
In tempore veni, quod omnium rerũ eſt primũ. Ter.
Velle ſuum cuique eſt: nec voto vivitur uno. Perſ.
Monſtrato quid ſit morbi, curatio reſtat. Hor.

A Noune of multitude ſingular is ſometimes joyned to a Verbe, or Adjective, or *Qui* plural. And often the agreement of words is in ſenſe and not in the very words: as

Nomen multitudinis ſingulare quandoque verbo, adjectivo, & Qui pronomini plurali[b] jungitur. Et oratio ſæpe fit cõgrua ſenſui, non voce: ut,

[b] *Hæc conſtructio etiam dicitur Synthesis. Illum ſenium perdant, qui me remoratus eſt.* Ter.

Gens armati. Virg. *Turba ruunt.* Ovid. *Elephantus gravida.* Scil. Elephantus fœmina. "*Centaura in magna,* Subauditur, (navi.) Virg. "*Pars merſi tenuere ratem.* Virg. *Aperite aliquis oſtium.* Idem. *Alter in alterius jactantes lumina vultus.* Ovid. *Alter in alterius,* æquivalet plurali.

When a Verbe commeth betweene two Nominatives of divers numbers; or an Adjective, or (*qui*) betweene two Subſtantives of divers Genders, they ſometimes agree with the latter, ſometimes with the former: as,

Verbum inter duos Nominativos & Adjectivum aut (Qui) pronomen inter duo Subſtantiva, nunc cum priore, nunc cum poſteriore convenit: ut,

Amantium iræ amoris redintegratio eſt. Ter. *Paupertas viſum eſt mihi onus.* Ter. *Homines tuentur illũ globũ, quæ terra dicitur.* Cic. *Animal plenũ rationis, quem vocamus hominẽ.* Cic.

Semiramis ſexum mentita puer creditus eſt. Juſtin.

When a Verbe anſwereth to two Nominative caſes, or one Adjective to two Subſtantives joyned together with a conjunction or comma: they may agree with the

Cum Verbum duobus Nominativis, Adjectivum duobus Subſtantivis Conjunctione aut Commate nexis reſpondent, cum altero convenire poſſunt ex-

one,

one, and be understood to the other: as,

preſsè, cum altero per [d] *ſupplementum: ut,*

Nihil hîc, niſi carmina deſunt. Ovid.

Sociis & rege recepto. Virg.

Tu quid ego & populus mecum deſideret, audi. Hor.

[d] *Hæc conſtructio dicitur Zeugma.*

Vixit annos viginti & unum: vel Annum unum & viginti.

" At quando comparatio fit, ſæpe eſt convenientia cum
" remotiore Nominativo vel ſubſtantivo: ut,
" *Ego ſicut fœnum arui. Illa perinde ac tu libera eſt.* Cic.

Oppida, caſtella, agri, qui ad Piſidiam vergunt. Liv.

[e] *Hæc conſtructio dicitur Syllepſis.*

Many Nominative caſes ſingular with a Conjunction copulative comming betweene them, may have a Verb plurall, which Verb plurall ſhall agree with the Nominative caſe of the more worthy [1] perſon: as,

Duo aut plures Nominativi ſingulares Conjunctione copulativa connexi, ſæpe junguntur [e] *verbo plurali: quod verbum cum Nominativo dignioris perſonæ quadrabit: ut,*

Ego & tu ſumus in tuto. Pater & præceptor accerſunt te. Tu & Tullia lux noſtra valetis.

[1] The firſt perſon is more worthy then the ſecond, and the ſecond more worthy then the third.

[f] *Hæc conſtructio dicitur Syllepſis.*

Many Subſtantives ſingular with a Conjunction copulative comming betweene them, may have an Adjective or the pronoune (*qui*) plurall, which Adjective or (*qui*) ſhall agree with the ſubſtantive of the moſt worthy gender: as,

Duo aut plura ſubſtantiva ſingularia, [f] *per Conjunctionem copulata ſæpe habent Adjectivum plurale aut pronomen (qui) plurale: hæc autem cũ ſubſtantivo digniore* [g] *concordant: ut*

Rex & Regina, quos vides, beati ſunt.

Fac æternos pacem, pacíſq; miniſtros. Ovid.

The maſculine gender is more worthy then the feminine, and the feminine then the neuter.

[g] *Amor tuus & judicium tuum de me multum mihi dignitatis eſt allaturus.* Planc. Cic. Rariora ſunt iſta. *Claſſe viriſq; potens, per quæ nova bella geruntur.* Ovid. *Iura, fidem & ſuperos unâ calcata ruinâ.* Stat. Theb. 7.

But

But in things without life the neuter gender is uſed rather then the maſculine or feminine: as,

At in rebus inanimatis neutrum genus potius quam maſculinum aut fœmininum adhibetur: ut,

Arcus & calami, quæ fregiſti, puero donata ſunt.

Tu multum dormis, & ſæpe potas, quæ ambo ſunt corpori inimica.

Genus, ætas, eloquentia fuere paria.

[h] Præpoſitio (cum) ſæpe apud poetas ſupplet locum conjunctionis copulativæ: ut,

Ilia cum Lauſo de Numitore ſati. Ovid.

Remo cum fratre Quirinus Jura dabant. Virg.

Dictiones plurales generaliter aut cum toto aliquo poſitæ expreſſè, poſſunt [i] partibus ſubintelligi: ut,

Curemus æquam uterque partem; tu alterum filium, ego item alterum. Ter.

Duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace. Liv.

Nomen ſubſtantivum plurale aliquando habet duo Adjectiva ſingularia: ut *Magna minórque fera.* Ovid.

[h] *Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.* Virg. Cic. inquit *Occiſus eſt cum liberis Marcellus.*

[i] *Hæc conſtructio dicitur Prolepſis.*

Of the Governement of words.

ONe word governs an other in a certaine caſe, or mood and tenſe.

De vocum regimine.

Regimen vocis eſt conſtructio ejus cũ certo caſu, aut modo & tẽpore alterius dictionis.

The government of Nounes Subſtantives.

IF two Subſtantives come together, and belong both to one thing, the Latter* ſhall be

Conſtructio ſubſtantivorum.

Subſtantiva [a] ejuſdem rei

[a] *Hæc conſtructio dicitur Appoſitio.* **Si poſterius ſubſtantivũ diverſos habet fines, ſæpe idem genus & numerus ſervatur.* ut, *Pecunia regina: non Rex. Lauri victrices,* non *victores.*

be put in the same case with the former: as,

ejusdem erunt casus: ut,

Pater meus vir amat me puerum.
Et genus & formam regina pecunia donat. Hor.
Marc. Tull. Cicero urbem Athenas adiit.
Cneius & Publius Scipiones erant fortissimi.
" Raro ponuntur in diversis [b] casibus: ut,
" *In oppido Antiochiæ est exercitus.* Cic.
" *Celsam Butbroti ascendimus urbem.* Virg.

[b] Sic; *natus est Antiochiæ urbe celebri.* Et, *Neapoli in celeberrimo oppido.* Cic.

When two Substantives come together signifying diverse things, the latter is the genitive case: as,

Posterius duorum substantivorum diversa significantium in genitivo ponitur.

Facundia Ciceronis. Opus Virgilii. Amator studiorum.
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Juven.
" Hic Genitivus sæpissimè in Adjectivum possessivum
" mutatur: ut *Patris domus: Paterna domus. Heri filius.*
" *Herilis filius.* Est etiam ubi in dativum [c] vertitur: ut,
" *Vbi pater est, ubique maritus. Per patris ossa tui, patrui mihi,*
" *plurimus ero.* Ovid.

[c] Sic dicimus conservus, commilito, cognatus mihi, Tullio, &c. Sic, Voluptati mœror comes sequitur.

An Adjective put alone in the neuter gender without a substantive, may have a genitive case, as if it were a substantive: as,

Adjectivum in neutro genere substantivè positum genitivum postulat: ut,

Multum lucri. Quantum negotii. Id operis. Quantum nummorum, tantum fidei.
" Prius substantivum aliquando subauditur: ut,
" *Vbi ad Dianæ veneris.* } Ter. ubique subauditur
" *Ventum erat ad Vestæ.* } *Templum.*
" *Deiphobe Glauci.* Subauditur *filia.* Virg.
" *Hujus video Byrrhiam.* Subaudi *servum.* Ter.

A Noune

A Noune Substantive or the Verbe (*sum*) may have after them an Ablative or Genitive case of a Noune Substantive joyned with an Adjective shewing the quality, or the praise or dispraise of a thing: as,

Nomen Substantivum aut verbum (sum) *Ablativum aut Genitivum admittunt substantivi cum suo Adjectivo, quod qualitatem, laudem aut vituperium denotat: ut,*

Puer bona indole, vel bonæ indolis.
Vir nulla fide. Ingenui vultus puer.
Contemptissimus quisq; plerumque solutissima est lingua. Cic.

Substantiva etiam regunt Ablativum causæ, aut alicujus circumstantiæ: ut, *Natura mihi pater. Nomine Grammaticus. Mons nomine Parnassus:* Metam.

[d] Sic etiam (*usus*): ut *Nunc viribus usus.*

Opus signifying *need* requireth an Ablative case: as,

Opus [d] *substantivum Ablativum exigit: ut,*

Opus est mihi tuo judicio.
Ubi consulueris mature facto [e] *est opus.* Sal.

[e] Facto .i. facere vel fieri.

The government of Adjectives.

ADjectives signifying desire, knowledge, remembrance, care, or feare with their contraries, require a Genitive case: as,

Regimen Adjectivorum.

ADjectiva quæ desiderium, notitiam, memoriam, curam, timorem, aut iis contraria significant, Genetivum adsciscunt: ut,

Cupidus auri. Peritus belli. Ignarus omnium.

Est

Est natura hominum novitatis avida. Plin.
Memor esto brevis ævi: Non sum animi dubius.

Consilii nostri, seu de consilio nostro te faciam certiorem. Cic.

" Notentur hæ * locutiones. *Timidus procellæ. Floridus* " *ævi. Fervidus ingenii. Validus animi. Egregius facti:* " *Præceps animi. Inglorius militiæ. Immodicus voti. Fessus* " *belli. Lassus viarum. Rectus judicii. Miser animi. Curiosus* " *medicinæ. Proximorum incurios. Animi maturus. Trepidi* " *rerum suarum. Ambiguus futuri. Nimius animi. Docilis* " *modorum. Doctus literarum Græcarum. Cæcus animi. Noxius* " *conjurationis,* † &c.

* In his exemplis subintelligere licet, *(causâ, ratione, gratiâ,)* aut ejusmodi dictionem aliquam. † Obnoxius timoris, criminis. Liv. ejusmodi constructiones non sunt temerè imitandæ.

Adjectives verbals ending in *(ax)* governe a genitive case: as,

Adjectiva verbalia in (ax) in genitivum ferun-tur: ut,

Tempus edax rerum. Ovid.

Nounes partitives and interrogatives: and nounes of number, Comparatives & Superlatives governe a Genitive case: as,

Nomina partitiva, aut partitivè posita, ut interrogativa, numeralia, comparativa & superlativa genitivo, à quo [a] *genus sæpe mutuantur, gaudent: ut,*

Aliquis nostrum. Primus omnium.
Tres [b] *fratrum. Sapientum octavus.*
An quisquam hominum est æquè miser, ut ego. Ter.
Modus omnium rerum est optimus. Plin.
" *Juniores patrum.* Liv. Cum eos dividit in duas partes.
" *Doctissimus totius collegii.* } Hîc nomen collectivum
" *Infimus suæ civitatis.* } æquivalet plurali.

[a] Aliquando genus à genitivo non accipiunt: ut, *Leo animalium fortissimus.* Plin. [b] Legimus *mille hominum*: & *mille homines. Duo millia hominum,* Ter mille homines.

Vsurpantur etiam cum præpositione: ut, *Solus de superis.* Ovid. *Primus ante omnes.* Virgil.

Com-

[c] Comparativus gradus in plurali ad plura potest referri. ut supra, *Iuniores patrum.*

Comparativum autem ad [c] duo, superlativum ad plura refertur: ut, *Manuum fortior est dextra. Digitorum medius est longissimus.*

These Adjectives, *Compos, impos, particeps, consors, exsors, potens, impotens* governe a Genitive case: as

Compos, impos, particeps, consors, exsors, potens, impotens, Genitivum postulant: ut,

Nunc me compotem voti facis. Sen.
Eripite isti gladium, qui sui est impos animi. Plaut.

Adjectives governing a Dative case.

ADjectives signifying profit, pleasure, submitting, aptnesse, easinesse, neereneſſe, and their contraries, require a Dative case: as:

Regimen Adjectivorum cum Dativo.

ADjectiva quibus commodum, voluptas, submissio, aptitudo, facilitas, æqualitas, propinquitas, & his contraria significantur, in Dativum transeunt: ut,

Labor est utilis corpori. Æqualis Hectori. Idoneus bello. Jucundus amicis. Omnibus supplex. Falsa veris sunt finitima. Cic. *Et mala sunt vicina bonis.* Ovid. *Dux nobis & auctor* [a] *opus est.*

[a] Opus Adjectivum cum Dativo.

" *Quod verum & simplex, id naturæ hominum est aptissimum.*
" *Infirmo capiti fons aptus, idoneus alvo.* Hor.

Hæc Adjectiva *natus, commodus, utilis, inutilis, vehemens, aptus, proclivis, appositus, idoneus, habilis,* interdum etiam Accusativo cum præpositione (ad) junguntur: ut, *Natus ad gloriam.* Cic. *Per ætatem ad pugnam inutilis.* Cic.

Dicis nummos opus esse ad apparatum triumphi. Cic.

Adjectives

Adjectives signifying likeneſſe, unlikeneſſe, or affinity: and *communis, proprius, ſuperſtes* and *alienus* govern a Dative caſe, and ſometimes a Genitive: as,

Adjectiva quæ ſimilitudinem, [b] *diſſimilitudinem aut affinitatem ſignificant: &* communis, proprius, ſuperſtes & [c] alienus *ſæpe Dativo, nonnunquam etiam Genitivo gaudent: ut*

Canibus catuli ſimiles ſunt. Domini ſimilis es. Par hujus erat. Mors omnibus communis. Alienus ambitioni. Non aliena conſilii. Populi Romani propria eſt libertas. Cic.

[a] *Patriæludis æmulus.* Virgil. [b] Legimus etiam: *Alium ſapiente bonoq;* Hor. *Non quærit aliud a communi libertate.* Cic. *Alter ab illo.* Virg.

Proximus à Jove. Tertius ab Hercule. Propior à terris. Huic diverſum. [c] *Non alienus a Scævole ſtudiis.* Cic. *Hoc mihi eſt commune cum cæteris. Non alienus à Scævole ſtudiis.* Cic. *Alienum dignitate imperii.* Cic.

Adjectives verbals in (*bilis*) ſignifying paſſively require a Dative caſe: as

Verbalia in (bilis) *accepta paſſivè Dativo gaudent: ut,*

Formidabilis hoſti. Mors nulli exorabilis. Liv.

[a] Genitivus etiam heic adhibetur: ut, *Areas latas facito pedum denûm, longas pedum quinquagenûm.* * Sic & participia: ut, *Demiſſa vultum. Contuſa pectus.* [b] Hic (ſecundum) poteſt intelligi, ut apud Græcos ναυσὶ.

Adjectives governing an Accuſative caſe.

THe meaſure of length, bredth or thickneſſe of any thing is put after Adjectives in the Accuſative caſe, and ſometimes in the Ablative: as,

Conſtructio Adjectivorum cum Accuſativo.

Magnitudinis menſura ſubjicitur adjectivis in [a] *accuſativo, & interdum in ablativo: ut,*

Fons, latus pedibus tribus, altus triginta. Col. *Foſſam viginti pedes latam ducit.* Cæſ.

Quædam Adjectiva * *accuſativum, vel ablativum habent membri affecti:* ut,

Æger [b] *pedes, vel pedibus.* Cic. *Cætera latus.* Hor.

Sanctus

Saucius frontem vel fronte. Os humerò, q. Deo similis. Virg.

Crine ruber, ore niger. Mart. *Multa id genus.*

Adjectives governing an Ablative case.

ADjectives signifying fulneſſe, emptineſſe, plenty or wanting, require an Ablative caſe, and ſometimes a Genitive: as,

Conſtructio Adjectivorum cum Ablativo.

ADjectiva quædam copiæ aut inopiæ Ablativo gaudent vel Genitivo: [a] *ut,* [b]

Inanis re utili. Cic. *Curis vacui.* Cic. *Succo ſatur.* Ovid. *Rerum omnium ſatur.* Ter. *Corpus ſucci plenum.* Ter. *Onuſtus cibo.* Cic. « *Vacuus laboris.* Ter. *Orbus parente.* Cic. *Orbus luminis.* « Ovid.

[a] Verum hoc cum delectu & autoritate doctorum. Quædam enim Ablativum potius, alia genitivum potius amant.

[b] *Maſte animi.* Mart. *Maſte virtute.* Cic. *Vacuus à pericule.* Tacit. *Liber laboris,* Hor. *Liber terrore.* Cic. *Liber à delictis.* Cic.

Adjectives governe an Ablative caſe of the cauſe manner, countrey, or inſtrument: as,

Adjectiva regunt ablativum cauſæ, modi, patriæ, inſtrumenti: ut,

Pallidus ira. Major & maximus natu vel ætate. Spe dives, Re pauper. Trojanus origine. Syrus natione. Melior remis.

Dignus, [d] *indignus, præditus, fretus, contentus, extorris* will have an Ablative caſe: as

Dignus, indignus, præditus, fretus, contentus, extorris, *auferendi caſum adjectum volunt: ut*

Dignus honore. Virtute præditus. Hor. *Sorte tua contentus abi. Extorris patria.* Sil.

[d] Raro cum genitivo: ut, *Magnorum haud quaquam indignus avorum.* Virg.

Nounes

Nounes of the Comparative degree with the signe (*then*) require an Ablative case: as,

Comparativa cum exponuntur [e] *per* quam, *Ablativum adsciscunt: ut,*

Frigidior glacie. Candidior nive.
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Hor.

[e] Hinc illa: Solito, æquo, justo tristior. Dicto, opinione celerior.

Comparatives governe an Ablative case of the word signifying the measure of exceeding, with the signe (*by*): as,

Comparativa Ablativum asciscunt, qui [f] *mensuram excessus significat: ut,*

Multis gradibus Doctior.
Turres denis pedibus, quam murus altiores. Curt.
Tanto crimen conspectius, quanto major qui peccat.

[f] *Utrque gradus comparat. & superlativ. admittunt post se hæc voces.* Tanto, quanto, eo, quo, paulo, multo, nimio, &c.

The Construction of the Pronounes.

THese genitive cases of the primitives *Mei, tui, sui, nostri,* and *vestri,* be used when suffering is signified: as,

Regimen Pronominum.

MEi, tui, sui, nostri vestri, *genitivi primitivorum ponuntur, cum* [a] *passio significatur: ut,*

Mei cura discessit. Sui colligendi causa. Cic.

[a] Interdum aliter: ut, Non id odio fecit tuo. Ter. Cognosces utilitatem meam. Ter. * Grata mihi vehementer est memoria nostri tua. Cic. Nicias vehementer tua sui memoria delectatur. Id.

Meus, tuus, suus, noster, vester, are used when possession or action is signified: as,

Meus, tuus, suus, noster vester *adjiciuntur cum* [b] *actio, vel possessio rei denotatur: ut*

Imago tua. Ars mea quid efficit? Ter.

[b] Interdum aliter: ut, Causa tua gaudeo. Cic. pro (tui).

Noſtrûm & *veſtrûm* [c] genitivi ſequuntur diſtributiva, partitiva, comparativa & ſuperlativa: ut, *Vnuſquiſque veſtrum. Nemo noſtrum. Ne cui veſtrum ſit mirum. Major veſtrum.*

[c] Non autem *noſtri*, & *veſtri*.

Hæc poſſeſſiva, *Meus, tuus, ſuus, noſter & veſter* recipiunt poſt ſe genitivos, [d] *Ipſius, ſolius, unius, duorum, trium, &c. Omnium, paucorum, cuiuſque* & genitivos participiorum: ut,

Ex [e] *tuo ipſius animo conjecturam feceris.* Cic.

Mea [e] *unius opera reſpub. eſt liberata.* Cic.

" *Noſter duorum eventus oſtendat, utra gens ſit melior. Noſtra* " *omnium memoria Mea defunctæ oſſa.* Ovid.

[d] Hi genitivi referuntur ad genitivum primitivi in poſſeſſivo incluſum.

[e] In (tuo) & (mea) (tui) & (mei) includuntur, &c.

Sui & *ſuus* ſemper reflectuntur [f] ad id quod præceſſit in eadem oratione: ut, *Petrus nimium admiratur ſe.* *Ait multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis.* Cic. Suus [g] *adhibetur pro* (*proprius*): *ut Hunc cives ſui è civitate ejecerunt.* Cic. *Trahit ſua quemque voluptas.*

[f] Ad tertiam perſonam tantum fit reciprocatio.

[g] Supplicium ſumpſit de fure cum ſociis ſuis. i. propriis. At ne dixeris. Sup. ſump. de fure & ſociis ſuis: ſed (ejus): cum ſocios furis intelligis. Cepi columbam in nido ſuo. Hic res ipſa [h] ſenſus tollit ambiguitatem. Rectius tamen dices. In nido ejus.

Sui * & *ſuus* ita etiam reflectuntur, ſi aliud verbum accedat Subjunctivi modi & primæ aut ſecundæ perſonæ; aut cum Nominativus rei præcedit verbum ſubjunctivum. *Diſſolutus neglexit, quid de ſe à quoque dicatur. A me petiit, ut apud ſe eſſem quotidie.* Cic. *Marcellus precatur te Cæſar, ut ſui miſereatis: ne ſe hoſtem exiſtimes.* Cic.

* Cura adhibenda eſt, ſi res ipſa non tollat ambiguitatem, ut cautè his reciprocis utamur.

Autores aliquando utuntur reciprocis ambiguè, tûm verò ſenſus ipſe tollit ambiguitatem: ut, prædicant Medeam in fuga fratris ſui membra, in iis locis, quâ ſe parens proſequeretur, diſſipaviſſe. (Se) ad Medeam reciprocatur, ut (ſui) in membro præcedenti. Cic. pro lege Manil. Vtuntur autores relativo pro reciproco: ut, Omnes boni quantum in ipſis erat, Cæſarem occiderunt. Cic.

Ipſe

" *Ipſe* & *idem* trium perſonarum ſignificationem repræ-
" ſentant: ut, *Ipſe vidi; Ipſe videris. Ipſe dixit. Ego idem ad-*
" *ſum. Idem perge.* Ille eminentiam rei ſæpe demonſtrat: ut
" *Alexander ille magnus.* Iſte quandoque contemptum rei
" indicat. *Iſtum æmulum quoad poteris ab ea pelito.*

When there commeth no Nominative caſe betweene *qui* and the verbe; *qui* ſhall be the Nominative caſe to the verbe: as,

Pronomen Qui *ſæpe eſt verbo nominativus; ut,*

Felix qui potuit boni fontem viſere lucidum. Boet.

When there commeth a Nominative caſe between *qui* and the verbe, *qui* is ſuch a caſe as the verbe or ſome other word, on which it depends, will governe: as,

Si nominativus interponatur inter qui *& verbum:* qui *regetur à verbo, aut ab alia dictione in eadem oratione:*

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.
Gratia ab officio, quod mora tardat abeſt. Ovid.
In eadem opinione fui, qua omnes. Cic.
Quo dignum te judicavi.

Quis, uter, qualis, quantus, quotus,

Be uſed as *qui*: as,

Conſtructionem pronominis qui *imitantur: ut,*

Hei mihi, qualis erat, talis erat, qualem nunquam vidi.

Of the Syntaxe of Verbes with a Nominative caſe.

THeſe Verbes (*ſum, forem, fio, exiſto,* & verbs

De Syntaxi Verborum cum Nominativo.

VErba hæc, ſum, forem, fio, exiſto & paſſiva,

passive as (*dicor, vocor, salutor*:) and Verbs of gesture, have after them a Nominative case; as,

passiva, ut (dicor, vocor, salutor:) *& verba gestus recipiunt post se Nominativum*: *ut*,

Deus est summũ bonum. Malus cultura fit bonus. Fies de Rhetore consul. Iacet resupinus in antro.

Of Verbes governing a Genitive case.

Genitivus post verbum.

THis verbe *sum* when it signifieth owing, or a duty or property, requireth a Genitive case: as,

SUm [a] *Genitivum postulat, quoties significat possessionem, Officium aut proprietatem: út* [b],

Hæc vestis est patris. Adolescentis est majores natu revereri. Cic. *Regum est parcere subjectis & debellare superbos.* Virg. *Alterius non sit, qui suus esse potest.* Ovid.

[a] Heic (res) vel aliqua ejusmodi vox potest intelligi, haud aptè tamen exprimenda.

[b] Hoc inchoati cujusdam officii est, non perfecti. Cic. *Sum totus Pompeii.* Cic.

Except these Nominatives, [c] *Meum, tuum, suum, nostrum, vestrum*, and such like: as,

Excipiuntur hi Nominativi meum, tuum, suum, nostrum, vestrum, humanum, belluinum, *& ejusmodi*: ut,

Non est mentiri meum. Humanum est errare: belluinum verò in errore perseverare. Cic.

[c] Hic *officium* vel *munus* intelligitur quandoq; Ovidius dixit. *Muneris omne tui est.*

Verbs that betoken to esteeme or regard require a Genitive case betokening the value: as,

Verba æstimandi Genitivo gaudent.

Plurimi passim fit pecunia. Parvi ducitur probitas. Pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis. Non hujus te æstimo, Val. Max. (Hor.

Æstimo aliquando Ablativum adsciscit: ut,

Data magno æstimas, accepta parvo, Sen.

[c] *Facio*,

" *Facio, pendo, æstimo* hos Genitivos regunt, *Flocci, nauci,*
" *nihili, pili, assis, hujus, teruncii*: ut, *Ego illum flocci pendo:*
" *nec hujus facio, qui me pili æstimat.*
" Singularia sunt ista. *Æqui boni consulo*, vel *facio*. i. in
" bonam accipio partem.

Verbes of accusing, condemning, warning, and absolving will have a Genitive of the crime: as,

Verba Accusandi, damnandi, [c] *monendi, & absolvendi Genitivum postulant, qui* [d] *crimen significet: ut,*

[c] *Nuptiales tibiæ te ejus matrimonii ad monebant* Cic.

Insimulat alios * *avaritiæ.* Ter. *Generum suum condemnat sceleris. Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet.* Plaut.

[d] Aut pœnam aliquando: ut *Socratem innocentissimum capitis condemnant.* Cic. * Raro aliter: ut, *Accusat scelus, negligentiam aliorum.*

This Genitive is sometimes, changed into an Ablative, either without or with a preposition: as,

Vertitur hic genitivus aliquando in Ablativum vel cum præpositione vel sine præpositione: ut,

De alea condemnatus est. Cic. *Condemnabo eadem ego te crimine.* Cic.

Putavi ea de re admonendum esse te. Cic. *Vxorem de pudicitia graviter accusavit.* Gell. *Me de epistolarum negligentia accusare non potes.* Cic.

Uterque, nullus, alter, neuter, alius, ambo & superlativus gradus non nisi in Ablativo id genus verbis subduntur. *Neutro vel de neutro; ambobus vel de ambobus accusas? de plurimis simul accusaris.*

Satago, misereor, miseresco, require a Genitive case: as,

Satago, misereor, miseresco [f] *Genitivum admittunt: ut,*

[f] Dativum rarò, ut, *Huic succurro, huic misereor.* Sen.

Is rerum suarum satagit. Ter. *Miserere animi non digna ferentis.* Virg.

Reminiſcor, obliviſcor, recordor and *memini* will have a Genitive or an Accuſative caſe: as,

Reminiſcor, obliviſcor, recordor, & memini *Genitivum aut Accuſativum deſiderant: ut,*

Reminiſcor hiſtoriæ. Obliviſcor carminis.
Mei ac hujus loci ſemper memineris. Ter.
Injuriæ oblivi ſci debemus, officii meminiſſe. Sen.

At *memini* (1. mentionem facio) *de te, de hac re, de armis.*

Of Verbes governing a Dative caſe.

Dativus poſt verbum.

ALL Verbs govern a dative caſe of the thing or perſon [1] whereunto any thing is gotten: as,

[1] Here often the ſigne (to) and (for) are uſed.

OMne verbum aſciſcit Dativum ejus rei aut perſonæ cui aliquid acquiritur: ut,

Non omnibus dormio. Huic habeo, non tibi.
Debemur morti nos noſtraquè. Hor.
Mihi videbor reſtitutus. Cic.

At juvo, adjuvo, lædo, offendo regunt accuſativum.
[b] Auxiliatur mihi. Incommoda improbis eveniunt.

Verbes ſignifying to profit, diſprofit, helpe, favour or to happen, require a Dative caſe: as,

Verba ſignificantia commodum, incommodum, [b] auxilium, favorem, aut eventum, regunt Dativum: ut,

Non potes mihi commodare, vel incommodare.
Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis. Publ.

Verbes of comparing governe a Dative caſe: as,

Verba comparandi Dativum poſtulant: ut,

Parvis componere magna ſolebam. Virg.
Sibi nimium tribuit: qui nemini ſe comparat. Quint.

Uſurpantur

Usurpantur etiam cum præpositione: ut, *Comparo Virgilium cum Homero. Si ad eum comparatur, nihil est.*

Verbes signifying to give, restore, to promise, or to pay, to command or shew, to commit or threaten, governe a Dative case: as,

Verba dandi, reddendi, promittendi, solvendi, [b] *imperandi, nunciandi, committendi & minandi, regunt Dativum: ut,*

[b] At (*Iubeo*) regit accusativum frequentius.

Ego me tuæ commendo & committo fidei. Ter.
Eripere telum, non dare irato decet. Publ.
Utrique mortem minatus est. Ter.
Imperat aut servit collecta pecunia cuique. Hor.

Verbs of trusting and of obeying and resisting governe a Dative case: as,

Verba fidendi, & obsequendi & repugnandi Dativum regunt: ut,

Semper obtemperat pius filius patri. Nemo credit, nisi ei, quem fidum putat. Cic. *Principiis obsta.* Ov.
Ignavis precibus fortuna repugnat.

These verbes* *vaco, pateo, doleo, nubo, hæreo, insidior, propinquo* require a Dative case: as,

Dativum postulant vaco, pateo, doleo, nubo, hæreo, insidior, propinquo: *ut,*

* Alio sensu legimus. *vacat culpa. Vacat à publico officio.* Cic.

Nullus philosophiæ apud nos vacat locus. Cic.
Patent aures tuæ querelis omnium. Cic.
Hæret lateri lethalis arundo, Virg.

Sum with his compounds except *possum* [c] require a Dative case; as,

Sum *cum compositis præter* possum *exigit dativum: ut,*

[c] Alia sæpe est verbi sum constructio: ut *Sum in mœstitia; In eadem opinione, &c.*

Senibus mors est in januis, Iuvenibus in insidiis. Sen. *Multa petentibus desunt multa.* Hor.

This verbe *sum* is often put for *habeo*, and then the word that seemeth to be the Nominative case shall be put in the Dative: and the word that seemeth to be the Accusative, shall be the Nominative: as,

Est [d] *pro habeo Dativum exigit: ut,*

Domi est mihi pater. Virg. *Velle suum cuiq; est: nec voto vivitur uno.* Pers.

[d] Sic etiam suppetit: ut, *Mihi rerum suppetit usus* Hor.

Sum, do, duco, verto, &c. governe sometimes two Dative cases: as,

Verba hæc, sum, do, duco, verto, &c. *geminum* * *adsciscunt Dativum: ut,*

Hæc res est mihi voluptati. Do tibi vestem pignori. Ne illud mihi vitio vertas, quod tibi laudi ducis. Magno malo est hominibus avaritia. Cic. (Var. *Exitio est avidis mare nautis.*

* *Cui nunc cognomen Iulo* Virg. At Plautus *Nomen Mercurii est mihi.* Rectè verò dicitur. *Mihi nomen est Mercurius.*

Verbes compounded with *satis*, *bene* and *male*, governe a dative case: as,

Verba composita cum satis, bene, male, *regunt dativum: ut,*

Multis amicis benefacit. Cic.

Aliis omnibus satisfacio, mihi neutiquam. Cic.

Many verbs compounded with * *præ, ad, con, sub, ante, post, ob, in* and *inter* governe a Dative case: as,

Dativum postulant multa verba composita cũ his præpositionibus, præ, ad, con, sub, ante, post, ob, in, inter: *ut,*

Ego meis majoribus virtute præluxi. Cic.

Auditis aliquid novus adjicit autor. Ovid.

Neminem tibi antepono. Cic.

Iniquissimam pacem justissimo bello antefero. Cic.

Cum nemini obtrudi potest, itur ad me. Ter.

* Sed *præeo (i. vinco) prævenio præcedo, prævertor* Accusativo junguntur: ut, *Lucifer diem prævenit.* Virg.

Hæc

Hæc variam habent conſtructionem in eadem ſignificatione. *Cives hunc multis præmiis donarunt.* Cic. *Munera multa civibus conſul donabat.* Cic. *Huic rei aliquid temporis impertias.* Cic. *Plurima ſalute Parmenonem impertit Gnatho.* Ter. *Aſperſit mihi labem. Aſperſit me labe.* Cic. *Inſtravit equo panulam. Inſtravit equum panula.*

Dicimus, *Tempero, moderor, tibi & te. Refero tibi & ad te. Refero ad ſenatum.* i. propono, ſcribo. *Mitto tibi & ad te. Incumbo his ſtudiis & in hæc ſtudia. Incumbo toto pectore ad ſummas laudes. Ad amorem nihil potuit accedere. Hoc acceſſit meis malis. Illud conſtat omnibus*; ſeu *inter omnes. Hæc fratri mecum non conveniunt.* Ter. *Sævis inter ſe convenit urſis.* Juven. *Adamas diſſidet magneti*, ſeu, *cum magnete. Homo cæteris animantibus plurimum præſtat.* Cic. *Præſtat ingenio alius alium.* Quintil. *Navus operator præſtat ignavo & ceſſatore.* Colum. *Mihi ſtudio pene præcurritis.* Cic. *Appetitus ne præcurrat rationem.* Cic.

Illa, *Expedit tibi hoc negotium. Ego tibi hoc effectum dabo*, non habent dativum redundantem: ſed (*mihi*) eſt, *pro meo commodo*, &c. At, *In ſuo ſibi hunc jugulo gladio*: *ſibi* redundat feſtivitatis cauſa.

Hæc verba pro diverſa ſignificatione variam habent conſtructionem: ut,

Ut piget infido conſuluiſſe viro. i. dediſſe conſilium: vel, proſpexiſſe. Ovid. *Rectorem ratis conſulit* Luc. ſcil. petit ab illo conſilium. *Conſule ſaluti tuæ.* i. proſpice. *Peſſimè iſtuc in te, atq; in illum conſulis.* i. Statuis. *Metuo, timeo*, &c. *tibi vel de te.* i. ſum ſollicitus pro te. *Metuo, timeo*, &c. *te, vel, à te.* ſcil. ne mihi noceas. *Do tibi literas.* i. ut ad aliquem feras. *Do ad te literas.* i. mitto ut legas. *Auſculto te.* i. audio. *Auſculto tibi.* i. obedio. Cedo tibi. Cedo urbe. Laboro febri. Laboro de ſalute publica. Impono

operi finem. Impoſuit mihi. Unum ſtudetis omnes. Studeo his partibus. Conducit hoc tuæ laudi. Conducit equum. Conducit ad ventris victum. Æmulor tibi. i. invideo. Æmulor te. i. imitor.

Of verbes governing an Accuſative caſe.

Accuſativus poſt verbum.

VErbes Actives and Deponents governe an Accuſative caſe of the words anſwering to the queſtion *whom* or *what*: as

VErba *Activa, & Deponentia, active ſignificantia, regunt Accuſativum, ut*[a],

[a] *Non me fugit, latet, fallit,* dolus tuus. *Cedo quem vis arbitrum.* Ter.

Vſus promptos facit. Largitur pecuniam. Studia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant. Cic. *Imprimis venerare Deum.*

Certaine Verbes neuters have after them an Accuſative of their owne or neere ſignification: as,

Verba quædam neutra admittunt [b] *Accuſativum, ſuæ vel cognatæ ſignificationis: ut,*

[b] Vel aliquando ablativum ut, *Diu videor vita vivere. Ire recta via.*

Endymionis ſomnum dormis. Gaudeo gaudium. Tertiam ætatem hominum vivebat Neſtor. Cic. *Longam incomitata videtur ire viam.* Virg.

Verbes of asking, teaching and (*celo*) governe two Accuſative caſes: ut,

Verba rogandi, docendi & ([c] celo) *duplicem regunt* [d] *Accuſativum:*

[c] Sic olim *Condono, ut Argentum quod habes, condonamus te.* Ter. Hinc illud. *Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur.* In paſſiva voce ſcil. regit alterum Accuſativum tantum. [d] Alter Accuſativus in his ſæpe eſt. *Iſtud, unum hoc, tria iſta, aliquid, multa, nihil*: ut, *Illud te hortor. Sine, te hoc exorem.* Hic etiam ſubintelligi poteſt (facere.) Sic cum legimus. *Eam rem nos locus admonet.*

Rogo te pecuniam. Doceo te literas. Cic. *Dedocebo te iſtos mores. Ea ne me celes.* Ter.

One

One of theſe Accuſative caſes is ſometimes changed into an other caſe: as,

Mutatur alter Accuſativus interdum in alium caſum: ut,

Veniam oremus ab ipſo. Virg. *De ſua quiſque re alios doceat.* Cic. *Me de libro iſto celavit.* Cic.

Of Verbes governing an Ablative caſe.

Ablativus poſt verbum.

ALL Verbes require an Ablative caſe of the inſtrument or the cauſe, or the manner of doing: as,

Quodvis verbum admittit Ablativum ſignificantem inſtrumentum, aut cauſam, aut modum actionis: ut,

Ferit eum gladio. Taceo metu.

Hi jaculis, illi certant defendere ſaxis. Virg. *Vehementer ira excanduit.*

Jam veniet tacito curva ſenecta pede.

Proſequor te amore, laude, honore i. amo, laudo, honoro. Sic *Afficio te gaudio, ſupplicio, dolore. i.* exhilaro, punio, contriſto.

Ablativo cauſæ & modi actionis aliquando additur præpoſitio. *Præ mœrore loqui non poſſum.* Cic. *Summa cum humanitate tractavit hominem.*

The word of price is put after verbes in the Ablative caſe: as,

Quibuſlibet verbis ſubjicitur nomen pretii in [a] *Ablativo caſu: ut,*

[a] Notentur iſta; *Præmia minimum apud me valent.* Cic. *Denos æris valebant.* Varr. *Valet tanti: duobus aſſibus: vel duos aſſes.*

Vendidit auro. Emit argento. Multo ſanguine ac vulneribus ea victoria ſtetit. Liv. *Tanta mercede docuit, quanta hactenus nemo.* Agell.

Except theſe Genitives when they be put alone without Subſtantives *tanti, quanti,* and their

Excipiuntur hi [b] *Genitivi ſine ſubſtantivis poſiti, tanti, quanti, cum compoſitis:*

[b] Atponuntur in Ablativo cum ſubſtantivis ſuis: ut in regula præcedente.

com-

compounds, *pluris*, and *minoris*: as,

pluris, & minoris: ut.

Tanti eris aliis, quanti tibi fueris. Cic.

Magis illa juvant, quæ pluris emuntur. Juv.

Vili, paulo, minimo, magno, nimio, parvo, plurimo, dimidio, duplo, adjiciuntur sæpe sine substantivis: ut, *Redime te captum, quam queas minimo*. Ter.

Constat parvo fames, magno fastidium. Sen.

Verbes of plenty and scarcenesse governe an Ablative case: as,

Verba copiæ & inopiæ Ablativo gaudent: ut,

Rarius sic loquimur. *Dextra fuit cædis saturata*. Virg. *Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ*. Id. *Omnes mihi labores leves fuere, præterquam tui carendum quod erat*. Ter.

Affluis opibus. Cares virtute. Oneras stomachum cibo. Consilio non eges, vel abundas potius. Cic.

" *Deus mundum explevit omnibus bonis. Levat miseriis perditas civitates*. Cic.

But *egeo, indigeo* and *potior* are indifferently joyned to an Ablative or a Genitive: as,

Egeo, indigeo, potior, *tam Genitivo quam Ablativo junguntur: ut,*

Potior urbis. Potior voto. Potiti sunt armorum. Plaut. *Eget benignæ Tantalus semper dapis*. Hor.

Utor, fungor, fruor, and many the like verbs do governe an Ablative case; as.

Utor, fungor, fruor, *&c similia Ablativo junguntur: ut,*

* Vt munero, communico, &c.

Animo bono utere. Qui adipisci veram gloriam volunt, justitiæ fungantur officiis. Cic.

Optimum est aliena frui insania.

Lætor. Glorior. Muto. Vescor. Dignor. Gaudeo. Supersedeo.

Aspice, venturo lætentur ut omnia seclo. Virg.

Victoria sua insolenter gloriantur. Cæs.

Pacem bello mutavit. Salust.

Vescor carnibus. Haud equidem tali me dignor honore. Virg.

Noli malis gaudere alienis.

Exemplorum multitudine supersedendum est.

Quædam

Quædam accipiendi, diſtandi, & auferendi verba Ablativum cum [d] præpoſitione optant. *Accepi literas à patre. Audivi iſta de majoribus natu.* Cic. *Naſci a principibus fortunitum eſt.*

[d] A, ab, e, ex, de.

Vertitur hic Ablativus poſt verba auferendi* in Dativum: ut, *Eripuit illi vitam. Infido ſcurræ diſtabit amicus.* Hor.

* *Arcebis gravido pecori:* dixit Virgilius. At Cic. *A libidine arcendus.*

Verbis quæ vim comparationis obtinent, adjicitur Ablativus, qui ſignificat menſuram exceſſus: ut, *Deforme exiſtimabat, quos multis gradibus dignitate præſtabat, ab iis virtutibus longo intervallo ſuperari.*

Verbes ſignifying a paſſion of the minde, governe an Ablative caſe, or a Genitive: as,

Verba quædam animi paſſionem denotantia ablativum aut genitivum regunt: ut,

Angor animo, Cic. *Diſcrucior animi.* Plaut. *Animi pendeo.* Cic. *Abſurdè facis, qui angas te animi.* Ter. *Tota mente atque omnibus artubus contremiſco.* Cic.

The governement of Verbes paſſives.

VErbes paſſives and [a] neuter paſſives governe an Ablative caſe *with *a, ab, abs*, and ſometimes a Dative with the ſigne (*of*) or (*by*): as,

Regimen Verborum paſſivorum.

PAſſivis &[a] *neutro-paſſivis additur Ablativus agentis cum præpoſitionibus* (a ab, abs) *& interdum Dativus: ut,*

[a] *Vapulo, venco, exulo liceo, fio.*

*Hæc conſtructio aliis verbis quandoq; contigit: ut, *periit ab Hannibale.* Plin. *Mundus a ſe patitur.* Cic. *Caleſcit ab igne,* &c.

Laudatur ab his, culpatur ab illis. Hor. *Honeſta bonis viris, non occulta petuntur.* Cic. *Malo a cive ſpoliari, quam ab hoſte venire.* Idem. *Quid fiet ab illo? Non cernitur ulli.*

Cæteri

Cæteri casus [b] manent verbis passivis qui fuerunt activorum: ut, *Dedoceberis a me istos mores. Persolvi gratia non potest, nec malo patri.* Quint.

[b] Solo excepto Accusativo verbi transitivi.

Manet tamen alter Accusativus passivis verbis, quorum activa duplicem regebant Accusativum.

The Construction of the Infinitive mood.

THe Infinitive mood is put after certaine Verbes and Adjectives: as,

Regimen modi Infiniti.

QVibusdam tum [a] verbis tum *Adjectivis familiariter subjiciuntur verba infinita: ut,*

[a] Verbis, ut his, *dico, nego, testor, &c.* & impersonalibus cœpit incipit, desinit, debet, solet & potest, &c. Et Adjectivis, ut, Dignus, indignus, contentus, &c.

Erat dignus amari. Virg. *Juvat usque morari.* Virg. *Audax omnia perpeti, gens humana ruit per vetitum nefas.* Hor.

The Infinitive mood hath an Accusative before it, instead of a Nominative: as

Verba infiniti modi pro Nominativo Accusativum ante se statuunt: ut,

Jubeo te abire. Te rediisse incolumem gaudeo.

Resolvi potest hic modus per (quod) & (ut) ad hunc modum. *Iubeo, ut tu abeas. Quod tu rediisti incolumis gaudeo.*

Infinitum utrinque eosdem casus habet, præcipuè cum verba optandi, eisque similia accedunt: ut, *Hypocrita cupit se videri justus.*

[c] Hîc subaudiuntur accusativi ante verbum infinitum. *Nos esse disertos; vos esse bonas: me esse piam.*

Hypocrita cupit videri justum.
Malo dives esse quam haberi.
Malo me divitem esse quam haberi. (*uti.* Claud.
Natura beatis omnibus esse dedit, si quis cognoverit
Nobis non licet esse tam [c] *disertis.* Vel *disertos.*
Expedit bonas esse vobis.
Quo mihi commisso non licet esse piam.

A noune

Appendix.

A Noune Subſtantive or a Pronoune joyned with a Participle expreſſed or underſtood, being neither the Nominative caſe to the Verbe, nor otherwiſe governed of a Verbe, ſhall be the Ablative caſe abſolute: as,

Quibuſlibet verbis additur Ablativus abſolutè ſumptus: ut,

Vbi Ablativus participii eſt in (e) & (i) heic utimur Ablativo in (e), ut venente, non venienti.

Rege veniente, hoſtes fugerunt. Me duce, vinces. Monſtrato, quid ſit morbi, curatio reſtat. Hor.

And this Ablative may be reſolved by, (*dum, cum, quando, ſi, poſtquam*): as,

Reſolvi poteſt hic Ablativus per (dum, cum, quando, ſi, poſtquam:) *ut,*

Rege veniente. i. dum, vel cum veniret rex.
Me duce, i. ſi ego dux fuero.

" Adjectiva regunt caſum voc[illegible]m unde derivantur
" aut quarum ſignificationem imitantur: ut,
" *Sed non ego credulus illis.* Virg. *Reus ambitus,* & *Reus de vi.*
" *Nec gemmis, nec purpura venale, nec auro.* Hor. (Cic.
" *Vilis viginti minis.* Plaut.
" Aliquando nomen ſubſtantivum, verbum, aut phraſis
" aliqua caſum habet dictionis, cui aliquo modo affinis
" eſt: ut, *Quid tibi hanc rem tactio eſt?* Plaut. *Me adjutorem*
" *huic veniſſe vides.* Cic. *Morem tibi geram.* i. obediam.
" *Lactea nomen habet.* i. vocatur lactea via. *Cui fecimus*
" *aurea nomen.* i. quæ vocatur a nobis aurea. Ovid. *Miſerè*
" *deperit amore muliercula.* i. ardenter & miſerè amat.
" *Propter te hæc pecco.* Plaut. id eſt, peccans facio. *Olet*
" *unguenta* Ter. id eſt, olens refert. *Venit mihi in mentem*
" *ejus rei.* Cic. id eſt, memini.

The ſame verbe in diverſe reſpects may governe diverſe caſes: as,

Eidem verbo diverſi caſus diverſæ rationis apponi poſſunt: ut,

Dedit mihi veſtem pignori, te præſente, propria manu.

The

The Conſtruction of Gerunds and Supines.

Gerundiorum & Supinorum conſtructio.

GErunds & Supines will have ſuch caſe as their Verbes, which they come of: as,

GErundia & Supina regunt caſus ſuorum verborum: ut,

Supinum in (u) nullum poſt ſe caſum admittit.

Otium ſcribendi literas. Utendum eſt ætate. Mittimus ſcitatum oracula. Virg. *Ad conſulendum tibi.*

Studium, cauſa, tempus, gratia, otium, occaſio, libido, ſpes, voluntas, ratio, conſilium, norma, amor, locus. Cupidus, peritus, &c. * Poeticè dicitur: Studium arva tueri. Peritus medicari.

The Gerund in (*di*) is put as a Genitive caſe after ſome Nounes ſubſtantives and Adjectives: and ſometimes hath the ſignification of the Infinitive mood active: as,

Gerundia in (di) * *pendent à quibuſdam tum Subſtantivis tum Adjectivis: ut,*

Diſcendi gratia. Ignoſcendi locus. Cupidus viſendi. Certus eundi.

Interdum non invenuſtè adjicitur Gerundio in (*di*) genitivus pluralis: ut, *Cauſarum orandi cupidus.* Agell. *Illorum videndi gratia,* Ter.

a Quandoque paſſivè ſignificant, & Dativi conſtructionem ſubeunt: ut *Ferrum non habile tundendo.* Plin. Obſervetur phraſis illa, Non eſt ſolvendo, i. ſufficiens. b Ex defendendo quam ex Accuſando uberior gloria comparatur.

The Gerund in (*do*) is uſed as an Ablative caſe after (*a, ab, de, e, ex, cum, in, pro:*) as,

Gerundia in a *do pendent ab his præpoſitionibus:* a, ab, de, e, b ex, cum, in, pro: *ut,*

Deterrent à bibendo. Cogitat de edendo. In judicando criminoſa eſt celeritas, Publ.

Gerunds

Gerunds in (*do*) are put sometimes without a prepoſition: with the ſignes (*of, with, in, by:*) as,

Ponuntur Gerundia in (do) *ſæpe ſine præpoſitione: ut,*

Defeſſus ſum ambulando. Ignoſcendo gloriam adeptus eſt.

Alitur vitium creſcitquè tegendo. Virg.

The Gerund in (*dum*) is governed as an Acuſative caſe with (*ad, ob, inter, ante*) ut,

Gerundia in (dum) *reguntur ab his præpoſitionibus* (ad, ob, inter, ante:) *ut,*

Ad capiendum hoſtes. Ob redimendum captivos. Inter cœnandum hilares eſte. Ante domandum.

The Engliſh *muſt* or *ought* may be expreſſed by *oportet* or by the gerund in (*dum*) and *eſt*: and then the word which ſeemeth to be the Nominative, ſhall be put in the Dative caſe: as,

Cum ſignificatur neceſſitas, ponuntur gerundia in (dum) *ſine præpoſitione, addito verbo* (eſt), *cum dativo caſu: ut,*

Abeundum eſt mihi. Plaut. *Vigilandum eſt nobis. Doce quam longam vitæ viam nobis ingrediendum ſit.* Cic.

In ſteed of Gerunds the participial word in (*dus*) may be uſed, when it hath a ſubſtantive with it: as,

Loco gerundiorum uſurpare licet participia in (dus) *cum ſuo ſubſtantivo: ut,*

Exercenda memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro veſperi.

Legendis veteribus proficis. Deus in homine faciendo ſimilitudinem ſuam ſecutus eſt. Cic.

The firſt Supine followeth a Verbe or

Primus ſupinum ſequitur verbum aut par-

Participle signifying moving to a place: as,

ticipium significans motum ad locum: ut,

Eo cubitum. Spectatum veniunt. Paterfamilias postremus cubitum eat, primus surgat. Col.

Notentur phrases hæ. [c] *Do venum. Do filiam nuptum. Coctum ego non vapulatum dudum conductus sum.* Plaut. *Postquam audierat non datum iri uxorem filio.*

[c] Referri possunt hæ phrases ad Constructionem infiniti modi.

[c] Poeticè dicunt. *Eo visere. Vado videre.*

The later Supine is put after *dignus, fœdus, facilis,* and such like Adjectives: as,

Posterius supinum sequitur * *nomina Adjectiva: ut,*

[d] *Facile factu. Turpe dictu.*

Nil dictu fœdum visú, hæc limina tangat. Juven.

* *Fas dictu.* Cic. *Nefas visu.* Ovid.

[d] Dicimus etiam *facile fieri. Turpe dici.*

The Construction of Nounes of time, space, and place.

Constructio nominum temporis & spatii & loci.

NOunes that betoken the time *when* are commonly put in the Ablative case: as,

Nomen denotans quando vel quo tempore, in Ablativo effertur: ut,

Multa nocte se huc recepit. Cæs. *Quadriennio post venit.* Suet. *Biduo scimus.* Cic.

Nocte vigilas. Luce dormis. Nemo mortalium omnibus horis sapit.

Mortuus est abhinc annos duos. Id. Two yeares agone. *Ad decem annos veniam.* Id. I will come after ten yeares.

Nounes which betoken the time *how long,* are commonly put in the Accusative case, and sometimes in the Ablative: as,

Nomen denotans (quamdiu) in Accusativo frequentius, in Ablativo rarius usurpatur: ut,

Sexaginta annos natus. Hyemem totam sitiit:

Cura

Curæ hominum animos dies & noctes exedunt. Cic. *Imperavit triennio decem, mensibus & octo diebus.*

Dicimus etiam: *In paucis diebus. De die. De nocte. Promitto in diem. Commodo in mensem. Annos ad quinquaginta natus. Per tres annos studui. Puer id ætatis. Non plus triduum aut triduo. Tertio* vel ad *tertium calendas, seu calendarum.*

THe space or distance of place is put in the Accusative case & sometimes in the Ablative: as,

Spatium loci in Accusativo effertur, interdum & in Ablativo: ut,

Abest bidui. scil. iter vel spatium.

Pedem hinc ne discesseris. Ab urbe abfuit mille passus. Id. *A recta conscientia transversum unguem ne discedas. Nec longis inter se passibus absunt.* Virg.

Common Nounes and names of Countries, Ilands & Provinces have prepositions to expresse *in, to, from* or *by* a place: as

Nomina[a] *appellativa & nomina propria*[b] *Regionum, Insularum, & Provinciarũ, assumunt præpositiones: ut,*

[a] Legimus tamen, *Tota Asia vagatur.* Cic. *Tota urbe vagatur. Terra marique insidiæ factæ sunt.* Idem.

Vivo in Anglia. Veni per Galliam in Italiam. Proficiscor ex urbe. Per tot discrimina rerum. Tendimus in Latium. Virg.

Toto me oppido quærit. Ter. [b] Aliquando sine præpositione: ut, *Italiam venit.* Virg. *Creta considere jussit Apollo.* Idem. Id est, in Insula Cretæ.

In a place, or at a place being the proper name of a City or Towne, and of the first or second declension and singular number, it is put in the Genitive case: If it be of

Proprium nomen urbis aut oppidi respondens ad quæstionem (ubi?) erit [c] *Genitivi casus, si sit primæ vel secũdæ declinationis & singularis numeri: at*

[c] Raro usurpantur Ablativi cum præpositione: ut, *In Caseta* Cic. *In Epidauro.* Plaut.

the third declenſion or plurall number, it is put in the Ablative or in the Dative caſe: as,

Dativi aut Ablativi caſus, ſi tertiæ ſit declinationis, aut pluralis tantum numeri: ut,

Vixit Londini. Studuit Oxoniæ. Athenis natus eſt. Romæ Tibur amo, ventoſus, Tibure Romam. Hor. *Thebis nutritus an Argis?*
Fuit Carthagini. Domus ejus eſt Sicyone. Cic.

Theſe Nounes, *humi*, on the ground, *domi* at home, *militiæ*, *belli*, in warre, *ruri*, *rure* in the Countrey, be likewiſe uſed: as

Humi, domi, militiæ, belli, ruri, rure, *propriorum ſequuntur formam: ut,*

Procumbit humi bos. Militiæ enutritus eſt.
Veſcor domi [d] *meæ, non alienæ.*
Unâ ſemper militiæ & domi * *fuimus.* Ter.
Sum ruri vel rure.

[d] Sic domi, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ. At in domo paterna, herili, &c. dicimus.
* At Cic. Deprehenſus domi Cæſaris. Et, in domo Cæſaris.

Proper names of Cities or Townes ſignifying to a place, are put in the Accuſative caſe: & from or by a place, are put in the Ablative caſe commonly without a prepoſition: as,

Motus ad locum regit Accuſativum; & à loco aut per locum Ablativum poſtulat ſine [c] *præpoſitione; Si nomen ſit proprium urbis aut oppidi, ut,*

Romam veni. Rediit Roma. Diſceſſit Londino.

[c] Aliquando etiam cum præpoſitione: ut, *profectus ſum ad Capuam.* Cic. *Ab Roma venit legatus.* Liv.

We uſe *domum* home, *rus* to the Countrey. And *domo* from home; *rure* from the Countrey, without prepoſitions: as,

Sic utimur Accuſativis domum *&* rus, *ſic* domo *&* rure *propriorum ritu ſine præpoſitione: ut,*

Ite domum. Ego rus ibo. Nuper exiit domo. Timeo ne pater rure redierit. Ter.

The

The Conſtruction of verbs Imperſonals.

WHen a [1] Nominative caſe ſeemeth to goe before a verbe Impersonal, it ſhall be ſuch caſe as the verbe Impersonal wil have after him: as,

Conſtructio verborũ Impersonalium.

NOminativus ante ſignificationem verbi Impersonalis mutatur in caſum, quem verbum Impersonale poſt ſe admittit: ut,

[1] A Verbe Impersonall hath no Nominative caſe before him.

Me oportet ſcribere. I muſt write.
Tibi licet abire. Thou mayſt goe hence.

Intereſt and *refert* require a Genitive caſe of all caſuall words except *Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuja*: as,

Intereſt & refert *quibuſlibet genitivis annectuntur, præter has voces*; mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuja; as,

Intereſt omnium rectè agere. Tua refert teipſum noſſe. Magni intereſt Ciceronis, vel mea potius in Græciam ire. Cic.

Dicimus etiam, *Magni refert quibuſcum vixeris. Tanti, quanti, parvi, noſtra vel tua intereſt vel refert.*

" *Sic etiam nihil, parum, minimum, plurimum, aliquid, plus,*
" *noſtra illud intereſt. Quod mea & reipublicæ intereſt.* Cic.

Theſe Impersonals governe a Dative caſe: *libet, licet, liquet, ſtat, vacat*: as,

Hæc Impersonalia libet, licet, liquet, ſtat, vacat, pro otium eſt, &c regunt dativum: ut,

Ne faxit, quod nos pigeat. Ter Ita nunc pudeo. Plaut. Priſcis relinquenda ſunt.

Peccare nemini licet. Cic. *Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt.* Cic. *Stat conferre manum Æneæ.* 1. ſtatutum eſt. Virg.

Delectat, decet, juvat, oportet governe an Accuſative caſe: as,

Delectat, decet, juvat, oportet, *accuſativum exigunt: ut,*

Uxorem ædes curare decet.*

*Ita nobis decet. Ter. Græcos imitatus.

Plus oportet ſcire ſervos, quàm loqui. Plaut.

Pœnitet, tædet, miſeret, pudet, piget, governe an Accuſative caſe and a Genitive: as,

Pœnitet, tædet, miſeret, pudet, piget, *regunt Accuſativum cum Genitivo: ut,*

Non me civitatis tædet: pudet me negligentiæ.
Senectutis ſuæ multos ſenes non pœnitet. Cic.

Some Verbes impersonals governe the caſes, of the perſonals, which are like to them: as,

Quædam impersonalia regunt caſus perſonalibus ejuſmodi aſſuetos: ut,

Convenit mihi tecum. A Deo nobis benefit.
Ab hoſtibus conſtanter pugnatur. Cæſ.
Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur. Plaut.

" Verbum Impersonale paſſivæ vocis pro ſingulis perſonis utriuſque numeri indifferenter accipi poteſt: ut, " *Statur.* i. *ſto, ſtas, ſtat: ſtamus, ſtatis, ſtant.* ſcilicet ex vi adjuncti vel ſubintellecti obliqui: ut, *Statur a me.* i. *ſto.* " *Statur ab illis.* i. *ſtant.*

The government of participles.

Syntaxis participiorum.

PArticiples governe ſuch caſes, as the verbes, which they come of: as,

P*Articipia regunt caſus ſuorũ verborum: ut,*

Fruiturus amicis. Conſulens tibi, diligendus ab omnibus. Cato rogatus ſententiam. Sal.
Amicitia noſtra poſteritati erit nota. Cic.

Participiis

Participiis passivis usitatior est dativus: ut,

Formidandus hosti.

Restat Chremes, qui mihi exorandus est. Ter.

Nulla tuarum audita mihi nec visa sororum. Virg.

Participles not signifying time, or otherwise compounded then their verbes, or of the comparative or superlative degrees, governe a genitive case: as,

Participia[a] *tempus non adsignificantia, aut praeter morem verbi sui composita, aut comparativi aut superlativi gradus, Genitivum regunt: ut,*

Appetens vini. Indoctus pilae. Cupientissimus tui. Alieni appetens, sui profusus. Sal. *Tui amantior. Iratus dum alteri nocet, sui est negligens.* Sen.

[a] Hujusmodi participia dicuntur in Adjectiva participialia degenerare. Hoc verò in participiis praesentis & praeteriti temporis tantum solet fieri.

Exosus, perasus, pertaesus, signifying actively do governe an Accusative case: as,

Exosus, perosus, pertaesus,[b] *activè significantia in Accusativum feruntur: ut,*

Exosus saevitiam. Pertaesus[c] *ignaviam suam.* Suet. *Plebs Consulum nomen erat perosa.* Liv.

[b] At passive signif. dativum regunt *Exosus* & *Perosus.*

[c] *Pertaesus* levitatis. Cic.

Natus,[d] prognatus, satus, cretus, creatus, ortus, editus, in Ablativum feruntur: ut, *Bona bonis prognata parentibus.* Ter. *Sate sanguine Divum.* Virg. *Quo sanguine cretus.* Virg. *Verus orta mari.* Ovid. *Terra editus.*

[d] Rarò cum praepositione: ut, *Ex me hic non natus est, sed ex fratre.* Ter.

Adverbiorum constructio.

EN & *ecce* Adverbia demonstrandi Nominativo vel Accusativo junguntur: at demonstrandi cum dedecore, Accusativo soli: ut,

Ecce tibi status noster. Cic. *En habitum! Inven. Ecce autem alterum.* Ter.

Ecce tibi, qui Rex esse concupieris. Cic. Haec constructio rarior est.

Certaine Adverbes of place, time, and quantity, require a Genitive case: as,

Quædam Adverbia loci, temporis & [a] quantitatis Genitivum post se recipiunt: ut,

Vbi[b] gentium? quo terrarum abiit? Tunc temporis. Eò impudentiæ ventum est. Pridie ejus diei. Pridie calendarum: seu calendas i. ante calendas. Satis verborum. Ter.

[a] *Partim eorum in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.* Cic.

[b] (Gentium) Elegantiæ, non necessitatis causa additur. Sic dicitur. Interea (loci).

Ergô pro causa Genitivum (cui postponi solet) regit: ut, *Illius ergô venimus.*

Certaine Adverbes require the case of the Adjectives and prepositions, which they come of: as,

Adverbia casum admittunt nominum & præpositionũ, unde deducta sunt: ut,

Venit obviam illi. Canit similiter huic. Propius urbem[c]. *Celeriùs opinione.* Cic. *Lynces clarissimè omnium quadrupedũ cernunt.* Pl.

[c] *Proxime Hispaniam.* Vitr. *dicto citius.*

What Moods Adverbs governe.

Quibus modis Adverbia inserviunt.

AL Adverbs and other words which aske a question, governe an Indicative mood: as,

ADverbia & vocabula quælibet [a] *interrogativa indicativum postulant: ut,*

Vnde venis? Vt valet? ut meminit nostri? Intellextine, an nondum etiam? Ter. *Quam non est facilis virtus?* Cic.

[a] *Quin tu huc advolas?* Cic. *Quousque ludis?* Id. Vbi loci sunt spes mex? Plau.

Adverbs of forbidding governe an Imperative or a Subjunctive mood: as,

Aduerbia prohibendi Imperativũ aut Subjunctivum regunt: ut,

Ne sævi magna sacerdos. Virg. *Ne me obtundas hac de re sæpius.* Ter.

Cum

Cum (*when*) governeth all tenſes of the Indicative and Subjunctive mood: as,

Cum (when) *omnibus temporibus modi.* Indicativi & ſubjunctivi inſervit: ut,*

*Exempla temporum reliquorum ſunt paſſim obvia.

Cum opus eſt. Ne, cũ ſit opus, in mora nobis ſiet. Ter.
Videor videre diem, cum egens, hinc profugiet. Id.
De iſtoc, cum uſus venerit, videbimus. Id.
Fuit tempus, cum homines beſtiarum more vagabantur. Cic.
" *Si ullum fuit tempus, cum ego tibi voluptati fuerim.* Ter.
" *Cum fatalis equus pedites gravis attulit alveo.* Virg.

Donec, ſo long as: [b] *Dum*, whilſt that: *ut*, after that: [c] *ut*, as, ſæpiſſime *regunt modum indicativum: ut,*

[b] *Dum*, ſo that, *Oderint, dum metuant. Dum*, until. *Dum redeo. paſce capellas.* Virg. *Valuit, dum hic prodiret.* Cic.

Donec eris felix, multos numerabis amicos. Ovid.
Dum apparatur virgo in conclavi. Ter. *Vt ventum eſt in urbem. Tu nuptias has perge facere, ut facis.* Ter.

[c] Rarius ſic: *Vt ſementem feceris, ita & metes.*

Donec untill, *quoad* ſo long as: *ſimulac, ſimulatq;, quemadmodum, utcunque, ſicut,* regunt *Indicativum aut Subjunctivum: ut,*

Cogere donec oves ſtabulis, numerumque referre juſſit. Virg.
Donec ea aqua, quam adjeceris, decocta ſit. Col.
Quoad poſſem & liceret, ab ejus latere nunquam diſcederem.* Cic. *Simulac belli patiens erat. Simulatque adoleverit ætas.*

*Quoad erit integrum, hoc faciam. Cic.

Adverbs put in the ſecond member of a ſentence, uſually governe a Subjunctive mood: as,

Adverbia poſita in [d] ſecundo membro ſententiæ, frequentius ſubjunctivo gaudent: ut,

[d] Sic & voces aliæ. ut, *Reviſo, quid agant.* Ter. *Quæritur, quale ſit. Oſtendit, quantus ſit.* Cic.

Manebo, donec redierit. Ter. *Sic illud exponam, quaſi res agatur, non narretur.* Cic.

Soleham

Periculum adibo, dum prosim tibi.

" *Solebam eum operiri, dum inde iret domum.* Ter.
" *Omnia integra servabo, quoad exercitus huc mittatur.*
" *Illo extincto, unde discerem, fuit nemo.* Cic.

Ter. *Nihil abest, quin sim miserrimus.* Id. Interdum aliter: ut, *Scio, quid ago. Scio quid dictura es.* Plaut.

" *Sæpe ubi animus commovetur, prius membrum reticetur.*
" ut, *Quasi non norimus nos inter nos. i. loqueris quasi, &c.*
" *Quid ille fecerit? scil. rogas? unde huic argentum inve-*
" *niam?* scil. cedo. Ter.

The construction of the Conjunction.	Constructio Conjunctionis.
COnjunctions copulatives and disjunctives with these foure, *Quam, nisi, præterquam, an,* couple like cases in nounes: and like moods and tenses in verbs: as,	*Conjunctiones copulativæ & disjunctivæ cum his quatuor,* Quam, nisi, præterquã, an, *similes* [a] *casus, & similes modos & tempora connectunt: ut*

Nox, & amor, vinũq. nihil moderabile suadent. Ov. *Multa tulit, fecitque puer, sudavit, & alsit.* Hor. *Est minor natu, quam tu. Albus an ater homo sit nescio.*

[a] Sic Cum & tum (as) tum (so especially:) as, *Amplectitur tum exuditos omnes, tum imprimis Marcellum. Amat tum literas tum virtutem.*

Aliquando dictionum ratio peculiaris poscit diversos casus, diversos modos, aut diversa tempora copulari: ut, *Emi librum centussi & pluris. Vixi Romæ & Venetiis.* (Ter. *Nisi me lactasses, amantem & vana spe produceres. Tibi gratias ago, agámq, dum vivam.* Cic.

Etsi, tametsi, etiamsi, quanquam, *in principio orationis Indicativos modos, in medio* [b] *Subjunctivos sæpius postulant.* Quamvis & licet, *Subjunctivos frequentius: ut, Etsi nihil novi afferebatur.* Cic.

[b] Usus autorum in regimine modorum est attendendus.

Quan-

Quanquam animus meminisse horret. Virg.
Quamvis Elysios miretur Gracia campos. Virg.
Licet corpus abesset meum, tamen dignitas jam in patriam reverterat. Cic.

Ni, nisi, si, siquidem, quòd, quia, quàm, *Indicativis & subjunctivis adhærent: ut, Mirum, ni cantem.* Cic. *Mirum, ni domi est.* Ter. *Quod*[c] *redieris incolumis gaudeo. Bene facis, quòd me adjuvas.* Cic. *Ausculta paucis, nisi molestum est.*
[a] *Castigo te, non quòd odio habeam, sed quòd amem.* Ter.

[c] Quod (that, or as far as) commodo tuo fiat. Cic.

Quòd (as concerning that) *ad me scripsisti.* Idem. *Nihil est, quòd* (wherefore) *me invites.* Id.

*Quam** (then) sæpius gaudet Indicativo: ut, *Non facio quicquã libentius, quàm scribo ad te.* Id. *Si* Indicativo & Subjunctivo jungitur. Si ulla res est. Si venerit. Cic.

* Notentur istæ. *Postquam revocatus sum.* Cic.

Si (although) *Subjunctivo jungitur: ut, Redeam? non, si me obsecret.* Ter.

Postero die quam illa erant acta. Cic.

Quando, quandoquidem, quoniam, *Indicativo junguntur*: ut, *Quando ego tuum non curo.* Ter.
[b] *Dicite* (quandoquidem in molli consedimus herba.)
[c] *Quoniam mihi non credis, ipse facito periculum.*

Quippe (surely) *gaudet Indicativo*: ut, *Movet quippe me lumen curiæ.* Cic.

Quippe qui, utrumque modum admittit: ut, *Convivia cum fratre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem veniret.* Cic.

Qui, *cum habet vim causalem, Subjunctivum postulat:* ut, *Stultus es,* **qui huic credas.*

* Id est, quippe qui.

Cvm (although, seeing that, because) *Subjunctivis sæpius adhæret:* Cvm (that) *Indicativo: ut, Nos cum percipi nihil posse dicamus, tamen aliis de rebus disserere solemus.* Cic.
Cum sis officiis Gradive virilibus aptus. Virg.

Gratulor

Gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolobellam. Cic.

Ut (that; leſt that: ſuppoſe that: in regard that:) *ut* (how) *indefinitè poſitum, Subjunctivo* [d] *junguntur:* ut. (Ter. *Filium perduxere illuc ſecum, ut unà eſſet meum. Te oro, Dave, ut redeat jam in viam.* Id. *Metuo ut ſubſtet hoſpes.* i. quomodo ſubſtet. Id. *Vt omnia contingant, quæ volo, levari non poſſum. Non eſt tibi fidendum, ut* [d] *qui toties fefelleris. Vt qui* [e] *ſolus relictus fueris.*

[d] *Sic, ne,* (leaſt that) *Quin* (But) *vereor, ne me deſeras.*

[e] Becauſe that thou.

Ordo Conjunctionum.

" Ex conjunctionibus hæ in ſententiarum ini-
" tio ſolent poni. *Nam, quare, at, aſt, atque, &, aut,*
" *vel, nec, neque, ſi, quin, quatenus, ſin, ſeu, ſive,*
" *ni, niſi.*

" Hæ conjunctiones ſubjungi ſolent. *Quidem,*
" *quoque, autem, verò, enim:* Et Enclyticæ, *que, ne,*
" *ve: dum, ſis.*

" Hæ conjunctiones indifferenter præponi, vel
" poſtponi poſſunt,* *Equidem, ergo, igitur, ſaltem,*
" *tamen, quanquam.*

*Pro ego quidem.

The government of the Prepoſitions.

TEnus governeth an Ablative ſingular or plurall; But a Genitive plurall onely of words denoting parts of the body, which be double, or

Regimen [a] Præpoſitionum.

TEnus *gaudet Ablativo ſingulari & plurali: at Genitivo tantum plurali: ſi nomen ſit plurale tantum, aut*

[a] Harum præpoſitionum uſus obſervetur. *Habuit Polybium à ſtudiis.* Suet. *Servus a pedibus.*

Cic. *Stetit cum telo.* Id. *Volo ibi eſſe ad pridie Calendas Majas.* Id. *Ad pridie Calendas Septembres.* Id. Multa alia ſupplebit uſus autorum.

of

of words which want the singular number: as,

res geminas denotet: ut,

Pectoribus tenus. Ovid. *Crurum tenus.* Virg. *Capulo tenus.* Virg. *Lumborum tenus.* Cic. *Cumarum tenus.* Idem.

IN signifying (*in*) or (*among*) governeth an Ablative case: but *IN* (*towards, into, against*) governeth an Accusative case: as,

IN *significans* (in or among[b]) *Ablativum regit*: IN (towards, against, or into) *regit Accusativum: ut,*

[b] Nisi in bonis amicitia esse non potest Cic.

In[c] *te spes est. In urbem.* Sen. *In te quid possum committere tantum.* Virg. *Versa est in cineres sospite Troja viro.* Ovid.

[c] In significans (In) aliquando regit Accusativum: ut, *Fuit in potestatem prædonum.* Cic.

Sub (to, about, before, soone after) governeth an Accusative case. as,

regit Accusativum: ut,

Sub umbram properemus. Liv. *Legati ferè sub id tempus ad res repetendas missi.* i. per id tempus. *Sub noctem cura recursat.* Virg. i. Paulo ante noctem, vel instante nocte, vel noctu.

Sub eas recitate statim sunt tua. Cic.

Sub (under: and in) governeth an Ablative case: as,

regit Ablativum: ut,

Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas. Sub nocte silenti. i. in nocte silenti. Virg.

Super (concerning, upon) governeth an Ablative case: as,

regit Ablativum: ut,

Multus super ea re varius què rumor. Tacit. *Fronde super viridi.* Virg.

Super

Super (beyond) governeth an Accuſative caſe: as, | *regit Accuſativum: ut,*

Super Garamantas & Indos proferet imperiũ. Vir.

Subter governeth an Accuſative or Ablative; as, | Subter *Accuſativum vel Ablativum poſtulat: ut,*

Pugnatum eſt ſuper, ſubterque terras, Liv.
Omnes ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus. Vir.

A Præpoſition[d] underſtood governeth his owne caſe: as, | *Præpoſitio ſubaudita ſuum ipſius caſum regit: ut,*

Habeo te loco parentis. i. in loco.
Apparuit illi humana ſpecie. i. ſub humana ſpecie.
Doleo vicem tuam. i. ob vicem tuam. *Ceſſit via.* i. de via.

A Verbe compound with a Prepoſition governeth the caſe of the ſame Prepoſition: as, | *Præpoſitio in compoſitione eundum nonnunquam[e] caſum regit, quem extra compoſitionem regebat: ut,*

Non me præterit. Cic. *Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.* Ovid.
Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando invenit. Sen.
Nulla fata loco potes excludere. Mart.

Præpoſitio verbi compoſiti quandoque cum ſuo caſu repetitur: ut,

Amicos advocabo ad hanc rem. Ter.
[e] *Detrahere de tua fama nunquam cogitavi.* Cic.
[e] *Poſtquam exceſſit ex ephebis.* Ter.

Præpoſitiones cum caſum amittunt, migrant in Adverbia: ut, *Longo poſt tempore venit.* *Ponè ſubit conjux.* Virg.

[d] *Nunc id prodeo.* Ter. id eſt, ob id. *Inſtar montis equum ædificant.* Virg. id eſt, ad inſtar montis. Sicut, *Ad inſtar cæſtrorum,* dicitur.

[e] Raro aliter: ut, *Effugere maculam.* Ter. *Prævertere ventos curſu.* Virg. *Exceſſitque fidem meritorum ſumma.* Ovid.

The

The government of Interjections.

SOme Interjections governe a Nominative or a Vocative case: as,

O vir fortis atque amicus. Ter. *O Dave.* Id.
Ah virgo infelix. Virg. *Heu Pietas.* Id.
Hem mea lux. Ter. *Hem Pamphile.* Id.

Heu, hei, va, governe a Dative case: as,

Heu misero mihi. Væ tibi. Hei mihi.

Vah, hem, heu, ô, governe an Accusative case: as,

Vah inconstantiam! Hem astutias! Ter.
Heu stirpem invisam! Virg. *O præclarum custodem!*

Heus & Ohe *vocativum postulant:* ut, *Heus Syre. Ohe jam satis est, Ohe Libelle.* Mart.

" Ponuntur interjectiones quandoque solæ & " sine casu: ut, *Hei vereor.* Ter. *Ah silice in nuda.* " Virg.

Regimen Interjectionum.

Quædam[a] *Interjectiones Nominativum aut Vocativum regunt: ut,*

Heu, hei, væ, *regunt Dativum casum: ut,*

Vah, hem, heu, ô, *regunt*[b] *Accusativum casum; ut,*

[a] *ô ah, vah heu, hem.*

Interjectio aliquando subintelligitur: ut, *Credo vos mirari, Iudices.* Cic. *Me miserum.* Ter.

[b] Sic & istæ. *Ah me miseram.* Ter. *Proh fidem. Apage istam salutem.*

Finis Syntaxeos.

Appendix prima.

De ſyllabarum tempore, & Carminis ratione.

De ſyllabarum tempore generaliter in capite de ſyllaba, & ſpecialius in reliqua Etymologia agere oportuit: carminis autem ratio, ſeu numerus poëticus, cum numero oratorio, ad Rhetoricam ſpectat. Viſum tamen eſt majorum exemplo utrumque heic in Grammaticis finibus collocare.

TEmpus eſt Syllabæ pronuntiandæ menſura. Syllaba brevis unius eſt temporis, longa verò duorum. Tempus breve ſic notatur. ˘. longum vero ſic ¯ ut *Tērrā*. Ex ſyllabis diſpoſitis juſto ordine & certa temporum obſervatione fiunt pedes.

Pedes diſſyllabi ſunt	Spondæus,	ut	– –	*Virtus.*
	Pyrrhichius,		˘ ˘	*Pius.*
	Trochæus,		– ˘	*Panis.*
	Iambus,		˘ –	*Amans.*
Pedes Triſſyllabi ſunt	Moloſſus,	ut	– – –	*Magnates.*
	Tribrachus,		˘ ˘ ˘	*Dominus.*
	Dactylus,		– ˘ ˘	*Scribere.*
	Anapæſtus,		˘ ˘ –	*Pietas.*

Ex pedibus fit verſus ſeu Carmen.

Carmen eſt numerus poeticus certos pedes certis locis collocatos continens.

Heic diſcendum eſt carmen pedibus ritè metiri, quam ſcanſionem vocant.

Scanſioni accidentia.

Scanſioni accidunt *Synalœpha, Ecthlipſis, Synœreſis, Diæreſis, Syſtole, Diaſtole, Metatheſis.*

1. Synalœpha eſt eliſio quædam vocalis ante alteram in diverſis dictionibus: ut,

Sera nimis vit' eſt craſtina, viv' hodie.

Aliquando

" Aliquando hæc cliſio non fit. Tum verò longa vo-
" calis in fine dictionis communis habetur: ut [a],
" *Et longum formoſe vale, vale, inquit, Iolæ.* Virg.
" *Credimus, an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?* Id.
" *Illum etiam lauri, illum flevere myricæ.* Id.
Heu & ô nunquam intercipiuntur.

2. Ecthlipſis eſt quoties[b] (m) cum ſua vocali perimitur proxima dictione à vocali exorſa: ut, *Monſtr' horrend' inform' ingens, cui lumen adẽptũ:* Pro Monſtrum, horrendum, informe, &c. (Virg.

3. Synæreſis eſt duarum ſyllabarum in unam contractio: ut, *Seu lento fuerint alvearia vimine texta:* pro alvearia. Virg.

Fit autem interdum in his dictionibus: *dii, diis, iidem, iiſdem, deinde, deinceps, ſemianimis, ſemihomo, ſemiuſtus, deeſt, deero,* & ſimilibus.

4. Diæreſis eſt, ubi ex una ſyllaba diſſecta fiunt duæ: ut, *Debuerant fuſos*[c] *evoluiſſe ſuos.* Ovid. pro evolviſſe.

5. Syſtole longam ſyllabam corripit: ut, *Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.* Virg. *Obſtupui ſteterũnt q; comæ: & vox faucibus hæſit.* Id.

6. Diaſtole ſyllabam brevem producit: ut, *Dona dehinc auro gravia, ſectóq; elephanto.* Virg.

Fit [d] diaſtole in fine dictionis poſt pedem abſolutum: ut,
Pectoribũs inhians ſpirantia conſulit exta. Virg.
" *Omnia vincit amõr, & nos cedamus amori.*
" *Ille latus niveum molli fultũs hyacyntho.*

7. Metatheſis literas tranſponit: ut, *Evandre* pro Evander.

" *Syſtole, diaſtole, metatheſis* ſunt in poetis obſervandæ, non " autem temerè imitandæ.

[a] *Te Coridon ô Alexi: trahit ſua quemque voluptas.* Virg.

[b] S, aliquando liqueſcit & perimitur: ut, *Senio confectu' quieſcit.* Enn. *Per opu'ſt.* Ter.

[c] In hac dictione & ſimilibus (v) conſonans liqueſcit: ſic etiam, (j) conſonans *Turpe putas abici.* pro abjici. Ovid. per Synæreſin. aut tollitur (i) per ſyncopen.

[d] Hæc dicitur Cæſura.

De generibus Carminum.

CArminum genera usitatiora sunt Heroicum, Elegiacum, Asclepiadæum, Sapphicum, Phaleucium, Iambicum.

Vltima cujusq; versus syllaba habetur communis.

1. Carmen [a] Heroicum sive Hexametrum constat pedibus numero quidem sex, genere verò duobus, *dactylo & spondæo.* Quintus locus *dactylum*, sextus *spondæum* peculiariter sibi vendicant, reliqui hunc vel illum, prout volumus: ut,

Dūm vīrēs ānnīquĕ sĭnūnt, tŏlĕrāt ĕ lăbōrēm. Ov.

Reperitur etiam aliquando *spondæus* in quinto [b] loco: ut, *Chara Deûm soboles, magnum Jŏvĭs īncrēmēntūm.* Virg.

2. Carmen [c] Elegiacum seu Pentametrum in priore parte habet duos pedes, *dactylicos, spondaicos*, vel alterutros cum syllaba longa: deinde in altera parte duos pedes, sed omnino *dactylicos*, cum syllaba item longa: ut,

Rēs ēst sŏllĭcĭtī plēnă tĭmōrĭs ămōr. Ovid.

[a] Sic dicitur, quia Heroicis factis celebrandis inservit. Et sæpe est Monocolon, hoc est, constat ex unico genere carminum ex solis Hexametris.

[b] Cum *spondæus* est in quinto loco, *dactylus* ponitur sæpe in quarto loco.

[c] Elegiacum dicitur quod threnis & fletibus accommodatur: & sæpius sequitur carmen hexametrum: unde poëma dicitur dicolon, quia constat ex duobus generibus carminum: est etiam distrophon, quia alternis vicibus ponuntur.

3. Carmen [d] Asclepiadæum constat ex *spondæo, dactylo, & syllaba longa, & duobus deinde dactylis*: ut,

Mēcōēnās ătăvīs ēdĭtĕ rēgĭbŭs. Hor.

4 Carmen [e] Sapphicum constat ex *Trochæo, spondæo, dactylo, & duobus demum trochæis.*

In hoc autem carminis genere post tres versus additur

[d] Sic vocatur ab Asclepiade poëta.

[e] A Sappho Lesbiâ nomen sumpsit.

additur [f] *Adonicum* [g]: quod conſtat ex *dactylo* & *ſpondæo*: ut,

Integer vitæ ſceleriſquè purus,
Non eget Mauri jaculis nec arcu,
Nec venenatis gravidâ ſagittis
Fuſce pharetrâ. Hor.

[f] Ab Adone Cyprio, cui in threnis uſui erat.

[g] Poëma hujuſmodi eſt dicolon quia conſtat ex duobus carminum generibus: & eſt tristrophon, quia poſt 3. carmina ſapphica ſemper recurrit Adonicum.

Carmen [h] Phaleucium conſtat ex ſpondæo, dactylo & tribus tandem trocheis: ut,

Quod ſis eſſe velis, nihilque malis,
Summum nec metuas diem nec optes.

[h] Sic dicitur ab inventore Phalæco.

6. Purus verſus [i] Iambicus ex Iambis ſolis conſtat. Ejus ſpecies ſunt. 1. Quaternarius [k] ex quatuor pedibus conſtans; ut

Suis peribit artibus
Scelesta fraus, et incident
In ipſa caci retia,
Quæ clam bonis tetenderant. Buchan.

[i] Dicitur etiam carmen Archilochium ab Archilocho.

[k] Dicitur etiam Dimeter, quia per duos pedes quadriſyllabos menſurabatur.

2. * Senarius ex ſex pedibus conſtans: ut,

Suis et ipsa Roma viribus ruit. Hor.

Mixtus verſus Iambicus in ultimo loco [m] retinet pedem Iambicum. Quaternarius vero mixtus in ſecundo loco habet aliquando tribrachum. In primo & tertio ſæpe ſpondæum; rarius tribrachum, dactylum, anapæſtum. Senarius autem mixtus in ſecundo & quarto loco aliquando habet tribrachum; in primo, tertio & quinto loco ſæpe ſpondæum; aliquando tribrachum, dactylum, anapæſtum.

* Dicitur etiam Trimeter.

[m] Quo plures retinet pedes Iambicos mixtus Iambicus, eò gratior. Exempla in Horatio & Seneca occurrunt.

Eſt etiam Senarius ſcazon, qui in quinto loco Iambum, in ſexto ſpondæum habet: ut,

Magiſter artis ingeniique largitor- venter. Perſ.

Utuntur etiam comici Iambico octonario; in cujus ultimo loco semper Iambus reperitur: ut, (nēglĭgī. Ter.

Prōptēr sŭam īmpŏtēntĭām sē sēmpēr crēdūnt

" Locus in his secundus, quartus, sextus habent Iam-
"bum. In cæteris locis occurrit sæpe spondæus, aliquando
" autem tribrachus, dactylus, anapæstus. Sic enim eorum carmina à natura prosaicæ orationis parum deflectunt. Dicitur etiam hic versus Tetrameter.

Regulæ de cujusvis syllabæ quantitate.

1. VOcalis ante duas consonantes aut duplicem in eadem dictione, ubique positura longa est: ut, *Conjungunt, axis, patrizo.*

Quod si* consonans priorem dictionem claudat, sequente item à consonante inchoante, syllaba præcedens etiam positione longa erit: ut, [a] *Mūlta cadūnt īntēr calicēm supremáq; lābra.*

Muta, cum liquida [b] (l) vel (r) in eadem [c] syllaba brevem vocalem præcedentem, communem habet: ut patris, volucris.

Et primo similis volucri, mox vera volucris. Ovid.

Vocalis verò longa non mutatur: ut *aratrum, simulacrum.*

2. Omnis diphthongus apud Latinos longa est: ut, *aulæa, musæ.* Sed *præ* sequente vocali sæpius corripitur: ut, *Stipitibus duris agitur sudibúsque præustis.* Virg.

3. Syllaba ex duabus contracta, natura longa est: ut, *Nil* pro nihil: *cōgo* pro coago. *tibīcen* pro tibiicen: *it* pro iit: ut,

Nil ibi per ludum simulabitur, omnia fient. Juven.

Dū trepidant, it hasta Tago per tēpus utrumq;. Vi.

* Raro vocalis brevis in fine dictionis, sequente dictione a duabus consonantibus incipiente, producitur: ut, *Occulta spolia, &c.*

[a] Syllabæ (mul, dunt, in, ter, cem, la) positione longæ sunt.

[b] Et in Græcis dictionibus cum (m) & (n): ut, *Tecmessa, cycnus, Progne, Polymnestor.*

[c] Non in diversis syllabis: unde in (obruo) semper longa est prima syllaba.

Regulæ

Regulæ de primis & mediis ſyllabis.

VOcalis ante alteram in diverſis ſyllabis ejuſdem dictionis, ubique brevis eſt: ut, *Lucus in urbe fŭit media lætiſſimus umbra.* Reg. 1. Vnda dĕhiſcens.

At (i) in *ĭus* in Genitivis, ut, *unĭus, illĭus*, &c. communis reperitur. Licet in *alterĭus* ſemper ſit brevis: in *alĭus* ſemper longa.

In quinta declinatione (e) inter geminum (i) longa fit: ut, *Faciēi*: alioqui non; ut, *Rĕi, ſpĕi, fidĕi.*

Vocativi propriorum in (i) præcedente[d] vocali penultimam producunt: ut *Cāi, Pompēi*: ut, Quod peto da *Cai*, non peto conſilium.

[d] Sic in vocalium diæreſi aliquando: ut, *Caius ecce jacet.* Mart. *Elegeia ſolve capillos.* Ovid.

Fi etiam in fio longa eſt, niſi ſequantur (e) & (r) ſimul: ut, *fierem, fieri*: ut, *Omnia jam fient, fieri quæ poſſe negabam.*

Ohe interjectio priorem ſyllabam ancipitem habet; *Eheu* ſemper longam.

Vocalis ante alteram in Græcis dictionibus ſubinde longa fit; ut, *Dicite Pĭerides. Reſpice Lāerten. Nimboſus Orīon. Primūſque Machāon.* ——*Menelaus aduſq; columnas* —*exulat.* Virg. Et in poſſeſſivis: ut, *Ænēia nutrix. Rhodopēius Orpheus.* Reg. 2.

Derivativa eandem cum primitivis quantitatem ſortiuntur; ut *ămātor*, ab *ămātum*; *ărātrum* ab *ărātum.* Reg. 3.

Excipiuntur tamen pauca, quæ à brevibus deducta producuntur; cujus generis ſunt.

Vox vōcis, a vŏco.	*Hūmanus ab hŏmo.*
Lex lēgis, a lĕgo.	*Vōmer, à vŏmo.*
Rex rēgis a rĕgo.	*Tēgula à tĕgo.*
Sēdes, a ſĕdeo.	*Mācero à măcer.*
Jūnior à Jŭvenis.	*Pēnuria à pĕnus.*

Sēcius à sĕcus.
Suſpīcio à ſuſpĭcor.
Lăterna à lăteo.
Nōnus à Nŏvem.
Dēnus à dĕcem.
Jŭgerum à jŭgum, &c.

Sunt & contra quæ a longis deducta corripiuntur, ut

Dux dŭcis à dūco.
Dĭcax à dīco, ſic maledĭcus, cauſidĭcus.
Fĭdes a fio.
Arena, ărĭſta ab āreo.
Pŏſui à pōno.
Gĕnui à gigno.
Frăgor, fragilis à frango.
Nŏta à nōtu.
Năto, as, à nātu.
Sŏpor à Sōpio.
Săgax à sāgio.
Cŏma à cōmo.
Văricoſus à vārix.
Lŭcerna à lūceo.
Quăſillus à qualus.
Păgella à pāgina.
Scŭtulatum à ſcūtum.
Sŏlutum à ſolvo.
Vŏlutum à vŏlvo.

[c] Obſerventur iſta (ambĭtus) participium, ambĭtus nomen ab (ambītum). Dĭtio, à dis, dĭtis, primam corripit.

Fi in *fĭdes, fĭdelis, fĭdeliter, perfĭdus*, brevis eſt; in *fido, fidus, infidus, fiducia*, longa [c].

Reg. 4. Compoſita ſimplicium quantitatem ſequuntur; ut, *Pŏtens, impŏtens; sōlor consōlor; cădo excĭdo; cædo excīdo; quæro, exquīro.*

[f] *Valedico à vale.* Excipiuntur tamen hæc brevia [f] à longis enata: *Innŭba, pronŭba à nūbo. Dejero, pejero à juro. ſemiſŏpitus à sōpitus.*

Siquidem a ſi, cognitum & agnitum à notum. Præſtiturus, reſtiturus & ſimilia à ſtaturus.

Hæ voces ultimam ſyllabam ſimplicium, quæ communis eſt, producunt. *Quandōq, quandōcunq, ubiq, ubilibet, ibidem*; *at quandoquidem corripit.*

[g] At (i) in (quivis, ſicut) & paucis aliis excipitur.

Idem maſculinum primam producit, neutrum corripit. Prior pars vocis compoſitæ exiens [g] in (i) aut (y) aut (u) corripitur; ut, *tardigradus, cauſidĭcus, ignipotens, Polydorus, Corniger, cornupeta.*

Pro

Pro in iſtis corripitur; *Procella, profugus, protervus, pronepos, profanus, profiteor, profundus, proficiſcor, profari, propero, profugio, profecto, profeſtus.*

Hæc autem, *procumbo, procuro, profundo, propello, propulſo, propago*, tam nomen quam verbum primam ſyllabam habent ancipitem.

Græca à πρὸ compoſita corripiunt *pro*: *prŏpheta, prŏlogus, Prŏmethens.* Sed *pro* in *propino* anceps eſt.

Di in iſtis tantum corripitur; *dirimo, diſertus.* Re in his tantum producitur, *rejicio, rejecto.*

Omne præteritum & ſupinum diſſyllabum priorem habet longam; ut, *lēgi, ēmi; mōtum, lātum.* Reg. 5.

At prior ſyllaba corripitur in *fĭdi* à *findo*; ſic & in *bibi, dedi,* [a] *ſcĭdi, ſteti, tuli.*

Prior etiam ſyllaba corripitur in ſupinis, *quitum, ſitum, litum, itum, rutum, ratum, datum, ſatum, &* in *citum* à *cieo cies*; nam *citum* à *cio cis* quartæ priorem habet longam.

[a] At Martial. *Abſcidat vultus enſis uterq; ſacros.*

" Voces derivatæ à ſtātum primam corripiunt: ut, *Stătus,* " *ſtătio, ſtăbilis,* &c. at *ſtātuus, ſtātor, ſtātuen,* primam " producunt.

Primam præteriti geminantia primam itidem brevem habent; ut, *Pependi, tetendi, totondi, momordi, pepedi, tutudi, fefelli, tetigi, pupugi,* &c. Reg. 6.

Incrementum Genitivi in Nominibus polyſyllabis indicat penultimam ſyllabam longam vel brevem eſſe; ut, *Virtūtis, pietātis, ſermōnis*; ut, *ſanguĭnis, muliĕris, opifĭcis.* Reg. 7.

" Incrementum etiam docet penultimam longam eſſe " in *Vitarum magiſtrorum, dierum, natalibus, diebus*: & brevem " eſſe in his, *partibus, fructibus, partubus, verubus, triſtibus,* " & in ſimilibus.

Adjectiva in (*inus*) latina penultimam producunt; Reg. 8.

ducunt: ut, *clandestĭnus, matutinus, vespertinus, &c.*

Diminutiva in (olus, ola, olum) & (ulus, ula, ulum) Item verbalia in (ilis) & Adverbia in (itus) penultimam corripiunt

Præter hæc sequentia, *diutĭnus, crastĭnus, prestĭnus, perendĭnus, hornotĭnus, serotĭnus, oleagĭnus, fagĭnus:* & reliqua materialia in (*inus*;) qualia sunt permulta à Græcis vocibus in (ιτης) deducta ut, *Chrystallĭnus, myrrhĭnus, hyacinthĭnus, adamantĭnus.*

" Adjectiva in (*orus, osus*) & Adverbia in (*tim*) penul-
" timam producunt: ut, *canorus, vinosus, vicatim*; At in
" *affatim & perpetim* penultima brevis est; & in *statim*
" anceps.

Reg. 9.

A) index primæ conjugationis, (e) secundæ, (i) quartæ producuntur; & (e) tertiæ corripitur: ut, *Amare, amabo, docere, docebo, legere, legerem, audire, audirem.*

Desiderativa omnia in (urio, u) corripiunt: ut parturio, esurio.

At in (do) & ejus compositis, quando sunt primæ conjugationis, (a) brevis est: ut *dămus, circumdamus; dăbis, circumdăbis; dăre, circumdare.*

Omne præteritum in (vi) & (si) desinens penultimam producit: ut amavi, petivi, divisi. [b] At frequentius longæ. Hæ in perf. sunt semper breves.

Syllabæ (rimus) & (ritis) in futuro subjunctivi communes [b] habentur: ut, *amaverimus, amaveritis.*

De autoritate.

Reg. 10.

Syllabarum quantitas, quæ sub prædictas rationes non cadit, à poëtarum usu, exemplo, atque autoritate petenda est.

‖Sic in istis Bithinus, Cosyr, Pachinus, Pelion, Curetes,

Hîc nota, quod prima syllaba est communis in his dictionibus. ‖ *Britannus.*

Palatium,	*Gradivus,*	*Hymen,*	*Liquidus,*
Criticus,	*Hinulus,*	*Italus,*	*Orion,*
Diana,	*Rubigo,*	*Liquor,*	*Rudo, &c.*

Fidene, Pyrene, Rutilius, Lycas, Sichæus.

Secunda

Secunda vero ſyllaba in* his dictionibus communis eſt. *Connubium, ficedula, Sidonius*; & in quibuſdam aliis.

* Sic in Malea, Pharſalia, Batavus.

Regulæ de ultimis ſyllabis.

A Finita producuntur: ut, *ama, contra, erga.* At, *eia, ita, quia* [a], corripiunt (a).

(a) finita.

[a] (a) in poſtea communis eſt.

Item omnes caſus corripiunt (a) præter Vocativos in (a) à Græcis in (as): ut ô *Æneā*, ô *Thomā*: & Ablativum primæ declinationis; ut, *Muſā*.

[b] Rarò brevem: ut *Ter quinquagina deauſti*. Mart.

Numeralia in (*ginta a*) finalem habent frequentius [b] longam; ut, *triginta, quadraginta.*

In (b, d, t) definentia [c] brevia ſunt; ut, *ab, ad, caput.*

B. D. T.

[c] Hebræa in (b) & (d) producuntur, ut *Iacob, David.*

In (c) definentia producuntur; ut, *ac, ſic, & hic* Adverbium. Sed (*nec*) & (*donec*) ſemper contrahuntur.

C.

Fac & pronomen *hic*, & neutrum *hoc*, modò non ſit ablativi caſus, ſunt communia.

E) finita brevia ſunt; ut, *mare, pene, lege, ſcribe.*

E.

At longæ ſunt omnes voces quintæ inflexionis in (e); ut, *die, fide*, unà cum Adverbiis inde enatis; ut, *hodie, quotidie, pridie, poſtridie, quare*, &c. Item Ablativus *fame* producit (e).

Item ſecundæ perſonæ ſingulares Imperativorum Activorum ſecundæ conjugationis [d] (e) longam habent; ut, *doce, move, mane*; (e) verò in (*cave*) anceps eſt.

[d] At (e) in *vide* & *vale*) rarius corripitur.

Producuntur etiam monoſyllaba in (e); ut, *mē, tē, *ſē*. Præter **que, ne, ve*, conjunctiones enclíticas: & ſyllabicas adjectiones in *hiſce, tute, tuopte*, &c. & præpoſitionem (re).

* Sic (*ſe*) præpoſitio in compoſitione.

Que poſt duas breves ſyllabas quandoque producitur; ut, *Limináq; lauſúſq; Dei.*

Adverbia

Adverbia in (e) ab Adjectivis secundæ declinationis deducta (e) longam habent: ut, *pulcrè, doctè, valde, pro validè.* Quibus accedunt *ferme fere & ohe. Benè* tamen & *malè* corripiuntur omnino.

[e] Malè Sidonius. Tu Mitylenè satus. notandum illud, fregit Achille domos. Prop. Longe Calpe relicta. Juvenal. non à nom. Calpe, sed à Calpes is.

Quæ à Græcis per (η eta) scribuntur natura [e] producuntur: ut, *Lethe, Anchise, cete, Tempe.*

I. I finita longa sunt: ut, *domini, magistri, amari.*

[f] Sic in *eui* diffyllabo & *uti* conjunctione cum compositis.

At in *mihi, tibi, sibi, ubi, ibi,* [f] (i) anceps est. *Nisi* verò ac *quasi* corripiunt (i) finale.

[g] At Thetidi & Tyndaridi producunt (i) more latinarum vocum, & quia plures syllabæ breves concurrunt. Sic Pyladi & Oresti.

Corripiuntur etiam [g] (i) dativi & vocativi Græcorum, quorum genitivus singularis in (*os*) breve exit: ut huic *Palladi, Phillidi, Minoidi.* Vocat. *ô Amarilli, Alexi, Daphni.*

L. L) finita corripiuntur: ut, *animal, mel, pugil.*

At producuntur. *Sal, sol:* & Hebræa quædam in (l): ut, *Michael, Gabriel, Daniel.*

N. N finita producuntur: ut, *Paan, quin, non.*

At ultimam syllabam corripiunt, *forsan, forsitan, an, tamen, attamen, veruntamen,* & (in) præpositio cum adverbiis *exin, subin, dein, proin.*

Corripiuntur etiam voces in (n) per Apocopen castratæ: ut, *viden', nostin'.*

Item nomina corripiunt (n) quorum Genitivus (inis) correptum habet: ut *carmen, crimen, pecten, inis.*

Græca etiam in (*on*) per (o) parvum: quæ Latinis sunt secundæ declinationis, corripiuntur: ut, *Ilion, Pelion, Caucason, Pylon.*

Item

Item (*in*) & (*yn*) corripiuntur; ut, *Alexin, Iryn.*

An) etiam a Nominativis in (a) corripitur: ut Nominativo *Iphigenia, Ægina.* Accuſ. *Iphigenian, Æginan.*

Sed (an) a Nominativis in (as) producitur: ut Nominat. *Æneas, Marſyas.* Accuſ. *Æneam, Marſyan.*

O) finita communia ſunt: ut, *amo, virgo, porro,* & Gerundia in (do): ut, *docendo, eundo.* O.

At obliqui caſus in (o) ſemper producuntur: ut huic *domino, ſervo*; ab hoc *templo, damno.*

Adverbia ab Adjectivis derivata producunt (o): ut, *tantò, quantò, liquidò, falsò, eò, adeo, ideò, ergo.* At *ſedulò, mutuò, crebrò, ſerò* ſunt communia: & *modò, quomodò, citò* corripiuntur.

Ambo, duo, ego, homo, ſcio, neſcio, immo, illico, vix leguntur producta.

Monoſyllaba in (o) producuntur: ut, *do, ſto,* ut & *ergô* pro cauſa.

Græca per (ω mega) producuntur; ut, *Sappho, Dido, Androgeo, Apollo, Atho.* At quæ fiunt à Græcis in (ων) abjecto (n) ſæpius corripiunt (o): ut *Plato, leo.*

R finita corripiuntur; ut, *Cæſar, torcular,* per,[a] *cor, uxor, turtur.* R.

Sed producuntur *far, lar, nar, ver, fur, tur,* & *par* cum compoſitis: ut, *compar, impar, diſpar.*

Græca in er, quæ illis in (ης) definunt, producuntur: ut, *aer, crater, character, æther, ſoter.* Præter *pater & mater*, quæ apud Latinos ultimam brevem habent.

As finita producuntur; ut, *amas, muſas, bonitas.* Verum (*as*) corripitur in nominibus quorum genitivus ſingularis in (*ădis*) exit; ut, *vas, vadis, Pallas Palladis.*

[a] *Cor* ſemel apud Ovidium productum legitur: ut, *Molle meum levibus cor eſt violabile telis.* At.

Item

Item Accusativi plurales Græcorum Nomi num tertiæ declinationis corripiunt (*as*); ut, *Heros, Heroos, Hector Hectoros.* Accus. Plurali, *Heroas Hectoras.*

Es. *Es* finita longa sunt: ut, *Anchises, sedes, doces, patres.* Corripitur (es) in Nominativo singulari nominum tertiæ declinationis, quæ penultimam genitivi crescẽtis corripiunt: ut, *miles, seges, dives.*

Sed *aries, abies, paries, Ceres & pes*, unâ cum compositis, ut, *bipes, tripes, quadrupes*, longa sunt.

Es) quoque à (*sum*) unâ cum compositis corripitur; ut, *potes, ades, prodes, obes.*

Corripitur etiam (es) in *penes*, & in neutris, ut, *Cacoethes, hippomanes:* & in nominativis pluralibus Græcorum; ut. *Cyclopes, Naides.*

Is. *Is*) finita brevia sunt: ut, *Panis, tristis, scribis.*

Accusativi antiqui in (is) pro (es) producuntur: ut, *omnis*, pro *omnes*: *partis* pro *partes.* At obliqui plurales in (is) producuntur: ut, *Musis, dominis, templis.*

Item producunt (is) nominativi producentes penultimam Genitivi crescentis: ut *Samnis, Salamis.* Genitivo *Samnītis, Salamīnis.*

Item (is) a Græcis in (eis) producuntur: ut, *Symois, Pyrois.* Sic *foris & gratis* adverbia producunt (is).

Monosyllaba etiam omnia in (is) producuntur: ut, *vis, lis*; At *is* & *quis* nominativi, & *bis* corripiuntur.

Producuntur etiam secundæ personæ singulares Indicativi præsentis quartæ conjugationis in (is) ut, *Audis, garris:* item *velis* cum compositis.

Futura subjunctivi in ris sunt communia: ut, *Is mihi, dives eris, si causas egeris, inquit.* Mart. *Da mihi te placidum, dederis in carmine vires.* Ov.

Os. *Os* finita producuntur: ut, *honos, nepos, dominos, servos.* At

At corripiuntur, compos, impos, os ossis, & Græca per (o) parvum: ut, *Delos, Chaos, Pallados, Phillidos.*

Vs finita corripiuntur: ut *famulus, regius, tempus, amamus.* *Vs.*

At (us) producitur in nominibus producentibus penultimam Genitivi crescentis: ut *Salus, tellus.* Gen. *Salutis, telluris.*

Longæ sunt etiam omnes voces quartæ inflexionis in (us) præter Nominativum & Vocativum singulares, & Dativum & Ablativum plurales: ut, hujus *manus*, hæ *manus*, has *manus*, & *manus.*

Producuntur etiam monosyllaba in (*us*): ut, *crus, mus, sus.*

Item producuntur Græca per ous diphthongum: ut, *Panthûs, Melampûs, Sapphûs, Clîûs:* at *Oedipus & Polypus* [c] secundæ declinationis corripiunt (us). [c] In tertia declinatione producunt (ûs).

U finita producuntur omnia: ut, *manu, genu, amatu, diu.* *V.*

Quæ in (y) terminantur, corripiuntur: ut, *Moly, Tiphy.* *Y.*

In (ys) finita corripiuntur: ut, *Tiphys, Capys.*

Appendix

Appendix ſecunda.

De vocum & ſententiarum punctis, uſu accentuum, & literis majuſculis.

1. Apoſtrophus eſt circuli pars dextra in ſummitate literæ poſita, cum literæ tolluntur: ut, *Adeon' ad eum?* pro Adeóne? *Vin'?* pro víſne?

2. Nota Diæreſeos ſeu diviſionis vocalium ſunt duo puncta ſuprapoſita; ut (a *aëra*).

a Ne legatur (*aera*).

3. Hyphen ita connectit duo vocabula, ut proximè ad compoſitorum naturam accedant: ſic, *Ante-malorum.*

4. Comma, ſeu ſubdiſtinctio, [,] minimum reſpirandi locum dat; ut, *Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.* Sæpe comma pro conjunctione copulativa ponitur: ut, *Veni, vidi, vici.*

5. Colon, ſeu media diſtinctio, ſententiam perfectiorem, quam comma indicat, nondum tamen abſolutam: Sic autem notatur [:] eſt etiam & ſemicolon [;] commate major, colo autem minor: ut, *Attendite omnes: propria, aliena; publica, privata; ſacra, prophana conſiderate.*

6. Periodus ſententiam perfectam indicat: & ſic pingitur [.] ut, *Siquid turpe feceris cum voluptate; voluptas abit, turpitudo manet: ſiquid honeſtè feceris cum labore; labor abit, honeſtas manet.*

7. Nota

7. Nota interrogationis est hæc [?] ut, *Unde venis?*

8. Parenthesis aliquid interponit hujusmodi semilunulis ( ) inclusum: quo sublato sensus manet integer: ut,

Occurrare capro (cornu ferit ille) caveto.

9. Punctum exclamationis seu admirationis est hoc [!] ut, *Me miserum! O curas hominum!*

De accentuum usu.

RArò jam notantur Latinæ dictiones accentibus: hi tamen interdum ad voces distinguendas adhibentur. Sic enim distinguuntur, *Pilâ* Ablativus à *pila* Nominativo. Verbum *óccido*, ob *occîdo*. *Quîs* pro quibus à [*quis*] Nominativo. *álius* Nominativus ab [*alíus*] Genitivo. *Malè* adverbium à *male* nomine adjectivo. *Que, ne, ve*, conjunctiones[a] Encliticæ syllabam præcedentem acuunt; ut, *óſq, manéſq:* Aut ipsæ gravantur; ut, *Monſtrataquè ſaxa, Magnaquè pars mendax.* Ovid.

Sic, Ergâ pro causa ab ergo conjunctione.

[a] Accentu non notantur voces in quibus est constans compositio; ut, *undique, itaque, hiccine.*

Circumflexo accentu utimur aliquando in vocibus syncopatis; ut, *Amârunt*, pro amaverunt. *Deûm*, pro Deorum.

Dictiones Græcæ manentes integræ suum tonum plerunque servant: ut, *Metamórphoſis, Emphâſeos, criticûs.*

Dictiones Græcæ, quæ prorsus factæ sunt Latinæ, quantitatem & accentum Latinum obtinent; ut, *Tragoédia, philoſóphia, idólum.*

Syllabæ

" Syllabæ communes, ubi liquida mutam ſequitur, in proſa oratione ſunt corripiendæ; ut, *Célebris, medíocris, ténebræ.* In aliis dictionibus producuntur; ut, *unīus, illīus, ubīq;*.

De Literis majuſculis.

" MAjuſculis Characteribus inchoantur ſententiæ; ut, *Deum time. Regem honora.* 2. Verſus quilibet. 3. Propria nomina; ut, *Carolus, Anglia, Catonianus.* 4. Nomina dignitatum, Officiorum & Artium: ut, *Rex, Dux, Cancellarius, Caduceator, Grammatica, Logica.* 5. Voces in oratione eminentiores.

Addenda in margine.

PAge 26. Lucan. *Imperiúmque comes.* Ovid. Pœna comes. In his ſi (*comes*) Adjectivum non cenſeatur, ejus loco ponatur (*teres*:) vel ſic. *loc. comis, teres atque, &c.* p. 67. Legitur (*crevi*) ſimplex pro (*adii.*) p. 69. Legitur etiam (*emineo.*) Pro (Syntaxis Latina) p. 130. & deinceps, repone (Appendix.)

Errata.

PAge 8. line 4. vel hæc. p. 15. l. 20. ſeps ſerpens. p. 17. l. 12. atque ſiſer. p. 29 Nom. x. ns. omnis generis. Abl. o, a, o. p. 33. l. 7. incunabula. p. 43. l. 1. cum adverbiis. p. 78. l. 25. flexa. p. 81. l. 25. Extra. p. 80. l. 8. form. adverbiorum. p. 98. l. 24. & ſuus. p. 89, 30. genere: ut, p. 90. l. 15. poſſunt.

In margine. p. 10. [d] At) referend. ad [d] Grajug. p. 15. glitis. p 17. obſidis. p. 20. dele municipum, forcipum. p. 23. commiſſa. p. 26. petis. p. 73. defetiſcor. p. 74. l. 4. cæ. præteriro. Cæteris ignoſcet Lector benevolus.

FINIS.

F.b.3.43

L.3.P.

This was in the Stowe Library.

From J. Crawford
March 30, 1849.

STC
12978